D. 5. 1.

JO. PETRI WALDECK
IVRIVM PROF. PVBL. ORDINARII ET ADSESSORIS
FACVLTAT. IVRID. GOTTINGENSIS EXTRAORD.

TABVLAE

AD

J. H. BOEHMERI
INTRODVCTIONEM
IN IVS DIGESTORVM

QVIBVS

NEXVS ET ARGVMENTVM
PARAGRAPHORVM
IN PLERISQVE TITVLIS DECLARATVR
IN VSVM AVDITORVM VVLGATAE.

GOTTINGAE
SVMTIBVS JO. CHRIST. DIETERICH.
MDCCLXXXVIII.

Acc. 2013-271

KK250
.W3T3
1788x

LIB. I. TIT. I.

DE

IVSTITIA ET IVRE.

Agitur

I. de iurisprudentia, §. 1 – 10.
vbi, praemissa notione, §. 1.
1) de subsidiis iurisprudentiae, sigillatim de interpretatione exponitur; cuius in lectionibus traduntur
a) notio et variae species; ad §. 2–5.
b) generales interpretandi regulae; subiectis
c) obseruationibus. §. 6.
2) De applicatione iuris ad factum. §. 7.
3) De fine iurisprudentiae, iustitia. §. 8 et 9.
4) De obiecto iurisprudentiae et legum generatim. §. 10.

II. De iure et partibus iuris, §. 11–16.
sigillatim
1) de variis vocabuli significatibus; §. 11.
2) de partitionibus iuris
a) in se, de partitione iuris respectu
α) *auctoris*, in diuinum et humanum; §. 12–14.
β) *obiecti*, in publicum et priuatum. §. 15.
b) De vsu partitionis ab auctore desumtae. §. 16.

Lib. I. Tit. II.

DE

ORIGINE IVRIS.

Traditur hoc titulo

A) Historia iuris Romani. §. 1–16.
Vbi

I. de ipsis iuris Romani fontibus,
1) sub Regibus, §. 1.
2) sub libera republica, §. 2–6.
3) sub Impp. §. 7 et 8.

II. de collectione eorundem agitur.
1) Ante Iustinianum; §. 9 et 10.
2) sub Iustiniano. §. 11 et 12.

III. Fata iuris Iustinianei exponuntur,
1) in Oriente, §. 14.
2) in Occidente. §. 15 et 16.

B) Historia iuris Germanici, §. 17–21.
vbi traditis
1) fontibus iuris domestici, §. 17 et 18.
eiusue
2) fatis introducto iure peregrino, §. 19 et 20.
3) de auctoritate variorum iurium Germaniae inter se differitur. §. 21.

Lib. I. Tit. III.

DE

LEGIBVS SCTIS ET LONGA CONSVETVDINE.

Praemissa,

I. generali de iure scripto et non scripto tractatione, qua

1)

1) notio et vſus huius diſtinctionis, §. 1.
2) partes iuris ſcripti romani traduntur; §. 2. et 17.
II. Speciatim agitur
A) de indole legum ſcriptarum, ratione habita §. 3–16.
1) legislatoris, §. 3–6.
2) modi leges concipiendi ferendique; vbi
a) de conceptione legis in ſe, §. 7. et 13.
b) de promulgatione, §. 11.
c) de obiecto legum diſſeritur. §. 14. et 15.
3) effectus ſ. obligationis ex lege; quae ſpectatur
a) reſpectu extenſionis, ſ. ſubiectorum, §. 8. 9. et 10. *num.* 2.
b) reſpectu intenſionis, ſ. efficaciae, §. 10. *num.* 3.
c) reſpectu termini a quo; §. 12.
4) modi tollendi leges. §. 16.
B) De iure non ſcripto, §. 18. *ſeqq.*
1) generatim; §. 18.
2) ſpeciatim de natura et indole iuris conſuetudinarii.
a) Effectus et ratio illius iuris.
b) Requiſita introducendae conſuetudinis. §. 19. et 20.
c) Modus probandi.
d) Adfinia iuris conſuetudinarii. §. 21.

Lib. I. Tit. IV.

de

CONSTITVTIONIBVS PRINCIPVM.

Explicatis notione ac diuiſione conſtitutionum in generales, ſpeciales, et perſonales, §. 1. et 2. agitur

I. de conſtitutionibus generalibus.
1) Quae generatim huc referendae? §. 3. et 4.
2) Speciatim, de indole decretorum et reſcriptorum. §. 4. et 5.
II. De conſtitutionibus ſpecialibus et perſonalibus,
1) generatim.
Vbi in lectionibus traduntur
a) variae ſpecies conſtitutionum tum ſpecialium tum perſonalium; ad §. 6. ſubiectis
b) obſeruationibus quibusdam generalibus.
2) Speciatim,
a) de beneficiis iuris ſpecialibus; ad §. 7. et 15.
b) de priuilegiis ſtr. ſ. dict.
α) Notio et ſpecies. §. 6. et 8.
β) De conceſſione priuilegii, ſpectata tum
a) reſpectu auctoris, §. 9. tum
b) reſpectu materiae. §. 10. pr. et §. 11.
γ) De interpretatione priuilegiorum. §. 10.
δ) De inſinuatione et exercitio eorundem §. 12–15.
ε) De modis amittendi priuilegium. §. 16. et 17.

Lib. I. Tit. V.

DE

STATV HOMINVM.

I. Generatim; vbi notio et varia genera ſtatus exponuntur. §. 1. et 2.
II. Speciatim,
1) de ſtatu naturali,

a)

a) ſexus, §. 3.
b) natiuitatis.
Vbi
α) de natis et de tempore legitimae natiuitatis, §. 4. et 5.
β) de naſcituris eorumue iuribus agitur. §. 6.
2) De ſtatu ciuili,
cuius
a) diſcrimina a ſtatu vulgari, §. 7.
b) ſpecies principales traduntur.
Vnde
α) de ſtatu libertatis, §. 8. et 9.
β) de ſtatu ciuitatis §. 10. et 11.
γ) de ſtatu familiae. Tit. VI. §. 1. et 2.

Lib. I. Tit. VI.

de

HIS, QVI SVI VEL ALIENI IVRIS SVNT.

Praemiſſa
A) diuiſione perſonarum in ſui et alieni iuris, §. 1. et 2.
B) potiora capita patriae poteſtatis pertractantur. §. 3. *ſeq.* et *tit. ſeq.*
Vnde, explicata notione, §. 3.
I) de iuribus, quae ipſi inſunt, agitur, §. 4. et 5.
II. de adquiſitione eius
1) per procreationem filii legitimi, §. 6.
2) per legitimationem.
Cuius
A) notio et modi generatim traduntur, §. 7.
B) ſpecies, quae hodie in vſu ſunt, ſigillatim exponuntur.
Huc pertinent

a) legitimatio per ſubſequens matrimonium,
cuius
α) requiſita explicantur, quae ad eam inducendam exiguntur, §. 8–12.
β) vis et effectus; §. 13. et 14.
b) legitimatio per reſcriptum Principis;
cuius iterum
α) requiſita, §. 15. et 16.
β) effectus traduntur. §. 17.
c) legitimatio per impetratam a principe confirmationem teſtamenti paterni. §. 18.
3) De adquiſitione P. P. per adoptionem Tit. 7. §. 1. *ſeqq.*
III. De modis tollendi P. P. Tit. 7. §. 10. *ſeqq.*

Lib. I. Tit. VII.

DE

ADOPTIONIBVS ET EMANCIPATIONIBVS, ET ALIIS MODIS, QVIBVS PATRIA POTESTAS SOLVITVR.

I. De adoptione. §. 1–6.
Praemiſſa notione et diuiſione in adoptionem ſtr. ſ. d. et adrogationem, §. 1.
1) Requiſita traduntur,
a) adrogationis, §. 2.
b) adoptionis in ſpecie, §. 3.
c) vtrique communia; §. 5.
2) Effectus. §. 4. et 6.
II. De vnione prolium.

1)

1) Differentiae ab adoptione. §. 7.
2) Modus eam ineundi. §. 8.
3) Vis et effectus. §. 9.
III. De modis tollendi P. P. §. 10. *seqq.*
1) Iure Romano fundatis; qui
vel
a) citra capitis deminutionem contingunt, §. 10.
vel
b) eam coniunctam habent; §. 11. et 12.
2) Ex Iure Germanico natis. §. 13. et 14.

Lib. I. Tit. VIII.

DE

RERVM DIVISIONE ET QVALITATE.

I. De variis rerum diuisionibus et speciebus.
1) De rebus diuini iuris,
a) sacris, §. 1 – 3.
b) religiosis, §. 4.
c) sanctis. §. 5.
2) De rebus humani iuris;
sigillatim
a) communibus, §. 6.
b) publicis, §. 7.
c) vniuersitatis. §. 8.
3) De rebus corporalibus et incorporalibus.
Vbi
a) diuisio ipsa explicatur, et subiectis obseruationibus illustratur; §. 9. 10. 11.
b) subdiuisio rerum corporalium exponitur, §. 12.
eiusue

c) vſus tum in adplicatione ad res incorporales, tum in vniuerſum in cauſis iuris, oſtenditur. §. 13. et 14.

II. De iure rerum.

1) Notiones iuris tum in re tum ad rem. §. 15. et 16.

2) Vſus huius diſtinctionis. §. 17.

Lib. II. Tit. I.

DE

IVRISDICTIONE.

A) De iurisdictione

2) ſecundum principia iuris romani. §. 1–28.

I. Generatim.

1) Notio iurisdictionis in ſenſu latiori et ſtrictiori. §. 1. et 17.

2) Indoles iurisdictionis, imprimis ſtrictae ſic dictae, per requiſita declarata, quibus explicantur

a) legitima eius cauſa, §. 2. et 3.

b) obiecta, §. 4.

c) ipſum exercitium. §. 4. et §. 5–8.

II. Speciatim,

1) de iurisdictione ciuili eiusue variis ſpeciebus.

A) Iurisdictio propria et mandata.

a) Notio vtriusque et ius Magiſtratuum romanorum mandandi iurisdictionem. §. 9.

b) Exercitium illius iuris, determinatum reſpectu

α) perſonarum, a quibus et quibus mandari poſſit, §. 10.

β) obiecti §. 11. et 12.

c)

c) Ius mandatarii iurisdictionis. §. 13.
d) Modi finiendi mandatum iurisdictionis. §. 14.
e) De iudice delegato et commissariis principis obseruationes. §. 15. et 16.
B) Iurisdictio contentiosa et voluntaria tum mera tum mixta. §. 18. et 19.
a) Notio et ratio huius distinctionis.
b) Discrimina, quibus in modo exercendi separantur iurisdictio contentiosa et voluntaria mixta a voluntaria mera.
C) Iurisdictio ordinaria et prorogata.
a) De prorogatione iurisdictionis generatim.
α) Notio iurisdictionis prorogatae et differentia eius a mandata iurisdictione §. 20. et 26.
β) Species prorogationis tum ex limitibus iurisdictionis, tum ex modo, quo fit prorogatio. §. 20.
b) Speciatim de prorogatione subiectiua.
α) voluntaria, §. 21. et 22.
β) legali, s. necessaria, vbi de reconuentione; cuius traduntur
a) notio et effectus ad §. 23.
b) requisita, §. 23. num. I. et §. 24.
1) generalia,
2) specialia, necessaria ad effectum
vel
prorogationis,

vel

vel
simultanei processus.
c) Obseruationes subiiciuntur. §. 25.
2) De imperio mero. §. 27. et 28.
β) Secundum peculiarem eius formam ex iure germanico.
1) Indoles et variae species iurisdictionis ex obiecto. §. 29–31.
2) Iurisdictio officialis et patrimonialis. §. 32–34.
B) De edicto praetoris contra albi corruptores. §. 35.

Lib. II. Tit. II.

QVOD QVISQVE IVRIS IN ALTERVM STATVERIT, VT IPSE EODEM IVRE VTATVR.

Agitur de retorsione iuris
I. specialis,
cuius
1) ratio et indoles, ad §. 1. et 2.
2) requisita exponuntur, quae pertinent ad eius exercitium; §. 3.
II. generalis.
1) Notio et differentiae a retorsione iuris specialis iniqui. §. 4.
2) Exercitium huius retorsionis determinatur, et exemplis illustratur. §. 5. et 6.

Lib. II. Tit. IV.

de

IN IVS VOCANDO.

I. De indole in ius vocationis et citationis apud Romanos.
1) Notio et indoles in ius vocationis,
a) priuatae, §. 1. et 2.
b) publicae. §. 4.
2) Obliteratio et non vsus in ius vocationis priuatae ad §. 1. *in fin.* et §. 3.
II. De statu et indole citationis apud nos; cuius, praemissa
1) notione et necessitate, §. 5. et 6.
2) requisita traduntur, *obseruanda* in citatione
a) decernenda; quorsum pertinet, vt
α) praeuia causae cognitione, ex iusta causa,
β) a iudice competente decernatur, §. 7.
γ) specie electa, quae substratae materiae conuenit.
Vnde variae eius species exponuntur, desumtae
a) a forma modoque, §. 9–11.
b) ab argumento, §. 12.
c) ex persona, per quam fit, §. 13.
d) ab effectu; §. 14 et 15.
b) concipienda; §. 8.
c) insinuanda. §. 16.
3) Effectus citationis. §. 17. et 18.

Lib. II. Tit. VIII.

QVI SATISDARE COGANTVR, VEL IVRATO PROMITTANT, VEL SVAE PROMISSIONI COMMITTANTVR.

Praemissa ratione cautionis de iudicio sisti apud Romanos §. 1.

I. Indoles cautionum in genere exponitur.
1) Notio et ratio cautionum. §. 2. et §. 1.
2) Modi cauendi ordinarii,
a) datis fideiussoribus vel pignoribus; §. 3.
b) promissione iurata; §. 4.
c) nuda promissione.

II. De immunitate a cautione de iudicio sisti ob possessionem bonorum immobilium.
Vbi
1) immunitas ipsa exponitur, §. 5.
2) requisita traduntur, quae ad exercendam eam immunitatem exiguntur;
tum
respectu bonorum in se, §. 6.
tum
respectu qualitatis possessionis. §. 7.

III. De cautionibus a partibus litigantibus apud Romanos praestandis in securitatem iudicii. §. 8.

IV. Status hodiernus cautionum iudicialium
1) Generatim §. 9.
2) De cautionibus ipsis, quas hodie in iudicio praestant,
a) reus, §. 10.
b) actor. §. 11.

Lib. II. Tit. XI.

SI QVIS CAVTIONIBVS IN IVDICIO SISTENDI CAVSA FACTIS NON OBTEMPERAVERIT.

Agitur de contumacia litigantium eiusue effectibus
I. ex principiis iuris romani antiqui, §. 1. et 2.
II. ex iure nouo et nostro.
1) Notio et indoles contumaciae generatim expositа. ad §. 3. *pr.*
2) De his, quae necessaria sunt, ad poenam contumaciae
a) fundandam, §. 3. et 4.
b) exequendam. §. 5. et 6.
3) De ipsis poenis contumaciae, tum generatim, tum speciatim ob contumaciam partium litigantium
a) ante litis contestationem,
α) actoris, §. 9.
β) rei; §. 11.
b) post litem contestatam. §. 10.
4) De causis, poenam contumaciae vel impedientibus, vel tollentibus, vt sunt,
a) iusta impedimenta; §. 7. et 8.
b) feriae; Tit. XII. §. 1–5.
c) dilationes. Tit. XII. §. 6. seqq.

Lib. II. Tit. XII.

DE

FERIIS, DILATIONIBVS ET DIVERSIS TEMPORIBVS.

Agitur
I. de feriis, quarum

1)

1) Notio et discrimen a iustitio; §. 1.
2) species, earumque,
a) conuenientiae, §. 2.
b) differentiae exponuntur. §. 3–5.
II. De dilationibus.
1) Notio. §. 6.
2) Species,
a) a causa s. fundamento, §. 7.
b) ex fine. §. 8.
3) Ius dilationum
a) concedendarum, §. 9.
b) concessarum. §. 10.
III. De diuersis temporibus et de computatione temporis. §. 11.

Lib. II. Tit. XIII.

DE

EDENDO.

Praemissa obseruatione de editione actionis secundum ius romanum antiquum, §. 1. et 2.
I. de libello actionis agitur.
1) Notio et species libelli. §. 2. et 3.
2) Requisita boni libelli traduntur, vt sit
a) simplex, §. 4.
b) breuis, §. 5.
c) clarus et perspicuus, §. 6.
d) aptus, §. 7. et 8.
e) certus, §. 9.
f) rite et secundum stylum curiae conceptus. §. 10.
3) De clausulis libellorum. §. 11.

4)

4) De emendatione, declaratione, et mutatione libelli. §. 12.
II. De documentorum editione,
1) ante litis conteſtationem ad inſtruendum reum, §. 13. et 14.
2) poſt litem conteſtatam, ad inſtruendam probationem.
De qua
a) generatim diſſeritur. §. 15.
b) ſpeciatim.
α) de perſonis ad hanc editionem obſtrictis; §. 16–18.
β) de mediis cogendi contumaces. §. 19.

Lib. II. Tit. XIV.

de

PACTIS.

Praemiſſa notione, §. 1.
I. Indoles conuentionum in genere exponitur. Vnde
1) de ineunda conuentione agitur, expoſitis determinationibus
A) eſſentialibus,
reſpectu
a) perſonarum contrahentium; in quibus generatim, exigitur vt
α) phyſice eo, quo neceſſe eſt modo, conſenſum declarare valeant, §. 2. et 6.
β) nec iure impediantur, §. 3. 4. 5.
b) formae, ſeu modi ineundi conuentionem; cuius intuitu a Boehmero requiritur conſenſus

α) non vitiosus *metu*, *dolo*, *errore*, §. 7.
β) specialis, §. 8.
γ) mutuus, §. 9.
δ) sincerus, §. 10.
ε) certus et indubius, §. 11–15.
c) obiecti, quod
vel
α) res esse potest, §. 16. et 17.
vel
β) factum; §. 18.
B) accidentalibus.
Quorsum pertinent
a) conditio, conuentioni adiecta, §. 19.
b) dies, §. 20.
vel
c) modus, sub quo contrahitur. §. 21.
2) De effectu conuentionis differitur,
1) generatim; §. 22.
2) speciatim, respectu
a) pacti in fauorem tertii; §. 23.
b) obligationis et iuris heredum, aliorumue successorum; §. 24.
c) causae ciuilis, quae conuentioni inest. §. 25.
II. De conuentione liberatoria. §. 26.

Lib. II. Tit. XV.

de

TRANSACTIONIBVS.

I. Notio et species transactionum, §. 1. et 2.
II. De his, quae ad ineundam transactionem requiruntur,
respectu
1) formae, §. 3. et 12.
2)

2) ſubiectorum, §. 4.
3) obiecti. Vbi ſimul ſpeciatim agitur de tranſactione
a) ſuper re iudicata, §. 5.
b) ſuper relictis in teſtamento, nondum inſpectis tabulis; §. 6.
c) ſuper alimentis vltima voluntate relictis; §. 7.
d) in cauſis eccleſiaſticis et matrimonialibus; §. 8.
e) in cauſis delicti. §. 9–11.
III. Vis et effectus tranſactionis. §. 13. et 14.
IV. Contraria tranſactionum. §. 15.

Lib. III. Tit. I.

de

POSTVLANDO.

Agitur de aduocatis et poſtulando
I. generatim; vbi
1) quid ſit poſtulare, et quid differat aduocatus a procuratore traditur. §. 1.
2) De vtilitate et conſtitutione aduocatorum agitur. §. 2. et 3.
II. Speciatim,
1) de qualitatibus ad munus aduocati neceſſariis.
Huc pertinet
a) vt quis peritia et prudentia neceſſaria inſtructus, §. 4. et 5.
nec
b) lege, poſtulare impeditus ſit. §. 6. et 7.
Nimirum poſtulare prohibentur
α) alii ſimpliciter,
alii
β) ſecundum quid; quibus

vel
pro aliis.
vel
in certa tantum cauſa patrocinium
praeſtare interdictum eſt.

2) De officio et obligationibus aduocati. §. 8. 9. 10.
3) De iuribus aduocatorum,
ſigillatim
a) de iure exigendi honorarium; §. 11. et 12.
b) de aliis quibusdam iuribus. §. 13.

Lib. III. Tit. II.

DE

HIS, QVI NOTANTVR INFAMIA.

A) De infamia ſtricte ſic dicta eiusue effectibus,
I. generatim;
1) Notio et diuiſio infamiae in mere naturalem et ciuilem; ad §. 1.
2) Ratio et indoles infamiae ciuilis; §. 2.
3) Species eius. §. 3.
II. Speciatim
1) de infamia iuris.
a) Notio et ſpecies, §. 4.
b) Cauſſae infamiae iuris,
α) immediatae, §. 4.
β) mediatae, §. 5. et 6.
c) Vtriusque effectus. §. 7.
2) De infamia facti.
a) Notio et ratio. §. 8.
b) Effectus. §. 9.
B) De leuis notae macula.
1) Notio et cauſae. §. 10.
2) Effectus. §. 11.

LIB. III. TIT. III.

DE

PROCVRATORIBVS ET DEFENSORIBVS.

I. De procuratoribus,
A) in genere.
1) Notio, §. 1.
2) Variae diuiſiones, deſumtae
a) ab obiecto, §. 2.
b) a poteſtate, §. 3.
c) ex fine. §. 4.
B) Speciatim de procuratoribus iudicialibus.
1) Conſtitutio procuratoris iudicialis, ſpectata
a) reſpectu ſubiectorum, ſigillatim
α) conſtituentis, §. 5.
β) perſonae, quae procurator conſtituitur; §. 6. et 7.
b) reſpectu modi conſtituendi. Vbi
α) de libertate voluntatis, tum domini, tum procuratoris; §. 8.
β) de mandato agitur;
a) praeſumto. §. 9.
b) vero; cuius
tum
legitima confectio traditur, §. 10. 11. 13.
tum
clauſulae expenduntur, quae illi inſeri ſolent. §. 12.
c) reſpectu obiecti ſeu cauſae, in qua procurator conſtituitur. §. 14. et 15.
2) Officium procuratoris iudicialis. §. 16.

3) De dominio litis in procuratorem translato eiusue effectibus. §. 17.
II. De defensoribus. §. 18.

Lib. III. Tit. IV.

QVOD CVIVSQVE VNIVERSITATIS NOMINE VEL CONTRA EAM AGATVR.

Praemissis
I. notione vniuersitatis, §. 2.
ac
II. breui tractatione iurium vniuersitatis; ad §. 1. et 3.
III. de Syndico agitur.
Vbi
1) quis sit syndicus, et quid differat a curatore vel administratore vniuersitatis, §. 3.
2) species syndicorum eorumque differentia a procuratore traduntur. §. 4.
3) De constitutione Syndici, sigillatim
a) de modo constituendi; §. 5. et 6.
b) de personis, quibus munus syndici deferri potest. §. 7.
4) De legitimatione syndici, et de reuocatione syndicati. §. 8. et 9.

Lib. III. Tit. V.

DE

NEGOTIIS GESTIS.

Praemissa notione, §. 1.
I. Requisita traduntur,

1)

1) ad fundandam obligationem geſtoris;
(De his in praelectionibus.)
2) ad inducendam obligationem domini.
Huc potiſſimum pertinent requiſita, quae habet Auctor §. 2–6.

II. De actionibus ex negotiorum geſtione agitur,
1) directa, §. 7.
2) contraria; §. 8.
ſubiecta
3) obſeruatione de actione negotiorum geſtorum vtili. §. 9.

Lib. III. Tit. VI.

DE

CALVMNIATORIBVS.

Determinata
I. notione calumniatoris, §. 1.
II. de actione in factum de calumniatoribus, eiusue
1) indole, §. 2.
2) vſu hodierno agitur. §. 3.

Lib. IV. Tit. I.

DE

IN-INTEGRVM RESTITVTIONIBVS.

Praemiſſis
I. notione variisque reſtitutionis in integrum ſpeciebus, §. 1. et 2.
II. de natura et indole reſtitutionis in integrum praetoriae generatim agitur. Cuius

1) requisita expenduntur, quorum
   a) alia pertinent ad legitime introducendum §. 3. et 4.
   b) alia ad fundandum remedium restitutionis, §. 5. num. IV. et §. 6. num. V.
   c) alia ad decernendam restitutionem. §. 5. num. III. §. 6. num. VI. et VII.
2) Subiecta determinantur. §. 7.
3) Finis et effectus. §. 8. et 9.

Lib. IV. Tit. II.

QVOD METVS CAVSA GESTVM EST.

Praemissis
I. obseruationibus de iure negotii vi metuue gesti generatim, §. 1. et 2.
II. de restitutione in integrum ex capite metus agitur.
Vbi
1) requisita: vt
   a) negotium contra quod restitutio petitur, per vim praesentem compulsiuam initum sit, §. 2. pr. et §. 3.
   b) metus iustus, §. 4.
   c) vis illata iniusta fuerit, §. 5.
   denique
   d) damnum illatum, nec metus ratihabitione purgatus sit, §. 6.
   traduntur et illustrantur.
2) Indoles actionis quod metus causa
   a) generatim traditur, §. 7.
   b) obseruationibus determinatur. §. 8. et 9.

Lib. IV. Tit. III.

de

DOLO MALO.

I. De notione et variis ſpeciebus doli generatim §. 1. 2. et 3. lit. α et β.

II. Speciatim de dolo malo ſpeciali.

1) De iure et remediis iuris, ob dolum malum ſpecialem generatim; §. 4. et 5.

2) Indoles reſtitutionis in integrum et actionis de dolo.

Vbi

a) requiſita percenſentur, quae pertinent

α) ad fundandum, §. 3. *num.* I. §. 4. *num.* II. et §. 7.

tum praeterea

β) ad exercendum hoc remedium. §. 6. 8. et 9.

b) Reliqua actionis de dolo indoles determinatur.

Lib. IV. Tit. IV.

de

MINORIBVS XXV. ANNIS.

Praemiſſis connexione et obſeruatione §. 1.

A) de reſtitutione in integrum vere minorum agitur.

Vbi

I. requiſita exponuntur, quorum

1) alia ad fundandam reſtitutionem pertinent, qualia ſunt:

a) Minor aetas tempore contracti negotii; §. 2. et 3.

b) negotium, quod reſtitutionem admittit, §. 4.
c) laeſio, §. 5.
eaque,
d) directo ex negotio ipſo, propter inconſultam facilitatem minoris reſultans; §. 6. et 7.
2) alia exceptiones contra eam reſtitutionem tractant. §. 8. et 9.

II. Perſonae determinantur.
1) quibus, §. 11.
2) aduerſus quas reſtitutio competit. §. 12. et 10.

B) De his, qui ad exemplum minorum fruuntur beneficio reſtitutionis in integrum. §. 13. et 14.

Lib. IV. Tit. VI.

EX QVIBVS CAVSIS MAIORES XXV. ANNIS IN INTEGRVM RESTITVANTVR.

Agitur
I. de reſtitutione in integrum ſpeciali ex capite abſentiae.
Huius
1) notio et indoles generatim declaratur. ad §. 1.
2) Speciatim exponitur, quatenus iuſta cauſa ſpecialis reſtitutionis ſit abſentia
a) debitoris, §. 2.
b) creditoris. §. 3. et 4.

II. De reſtitutione in integrum ex clauſula generali Praetoris.
Eius
1) requiſita traduntur; §. 5.
2) exempla,
tum

iuſtorum

iuſtorum impedimentorum, §. 6.
tum
cauſarum in quibus locum habet; §. 7. et 8.
3) effectus et modus eam petendi. ad §. 9.

Lib. IV. Tit. VII.

de

ALIENATIONE IVDICII MVTANDI CAVSA FACTA.

Praemiſſa
I. Ratione et notione actionis in factum de alienatione iudicii mutandi cauſa facta, ad §. 1.
II. eius requiſita traduntur, §. 2.
itemque
III. vſus. §. 3.
et
IV. reliqua indoles, §. 4.
ſubiecto
V. diſcrimine huius materiae a prohibita actionis alienatione in potentiorem. §. 5.

Lib. IV. Tit. VIII.

de

RECEPTIS, QVI ARBITRIVM RECEPERVNT, VT SENTENTIAM DICANT.

Praemiſſis notione et diſcrimine arbitri, tum a iudice, tum ab arbitratore, §. 1. et 2.
I. de conſtitutione arbitrorum compromiſſariorum agitur;
ratione habita

1) modi constituendi; §. 3. et 4.
2) habilitatis personalis,
tum
a) arbitri constituendi, §. 5.
tum
b) partium, a quibus constituitur; §. 6.
3) causae, ad quam constituitur. §. 7.
II. De officio arbitri. §. 8. et 9.
III. De iure et effectibus laudi. §. 10. et 11.
IV. De modis compromissi vim soluendi. §. 12.

Lib. IV. Tit. IX.

NAVTAE, CAVPONES, STABVLARII VI RECEPTA RESTITVANT.

Praemissa breui introductione, ad §. 1.
I. de actione in factum de recepto in simplum agitur;
cuius exponuntur:
1) notio, §. 2.
2) requisita,
quorsum pertinent,
a) factum receptionis, §. 3. et 4.
b) a nautis, cauponibus, stabulariis, qua talibus, §. 5.
c) damnum in naui datum, idque non mere casuale; §. 6.
3) reliqua huius actionis indoles. §. 7.
II. De actione in factum de receptis quasi ex delicto.
1) Notio; §. 8.
2) Requisita; §. 9.
3) Vsus. §. 10.

Lib. V. Tit. I.

de

IVDICIIS, ET VBI QVISQVE AGERE VEL CONVENIRI DEBEAT.

Praemiſſis

I. generalibus, de
  1) notione, §. 1.
  2) variis diuiſionibus, §. 2. et 3.
  et
  3) capitibus ſubſtantialibus iudiciorum ad §. 4.

II. ſpeciatim agitur,
  1) de litis conteſtatione.
    a) Notio et ſpecies. §. 5–7.
    b) Forma. §. 8.
    c) Vſus. §. 9.
    d) Effectus. §. 10.
  2) De ſubiectis iudicii principalibus; ſigillatim
    A) de Iudice.
      Cuius
      a) neceſſitas, §. 11.
      b) neceſſariae qualitates exponuntur.
        Quae ſunt,
        α) habilitas, §. 12.
        β) integritas, §. 13. et 14.
        γ) competentia. §. 15.
          Vnde hoc loco de foro competente, eiusue variis ſpeciebus agitur,
          tum
          generatim, §. 16.
          tum
          ſpeciatim
          δ) de foris communibus.

a)

a) generalibus,
quorsum referunt
a) forum originis, §. 17.
b) forum domicilii.
Cuius
1) notio traditur cum conclusionibus, §. 18–20.
2) constitutio; §. 21.
3) modi amittendi; §. 22. et 23.
4) effectus respectu fori; §. 24.
subiecta
5) obseruatione de foro vagabundi. §. 25.

b) Specialibus, qualia sunt:
1) forum contractus; §. 26.
2) forum delicti et deprehensionis; §. 27. et 28.
3) forum rei sitae; §. 29. et 30.
4) forum continentiae causarum. §. 31.

B) De foris priuilegiatis,
a) causarum, §. 32.
b) personarum,
sigillatim
α) personarum miserabilium; §. 33.
β) militum; §. 34.
γ) ciuium academicorum; §. 35.
δ) clericorum; §. 36.
ε) Ministrorum Principis. §. 37.

B) De partibus litigantibus; §. 38.
speciatim
1) de actore.
Vbi
a) de persona standi in iudicio, §. 39.
b) de libero exercitio actionis, eiusve restrictionibus. §. 40–42.

2)

2) De reo. §. 43.
C) De ordine cognitionum ſpeciali. §. 44.

Lib. V. Tit. II.

de

INOFFICIOSO TESTAMENTO.

Praemiſſis notione et origine tum teſtamenti inofficioſi, tum de eo querelae; §. 1.
I. requiſita querelae inofficioſi teſtamenti traduntur:
A) Vt quis a legitima ordinaria ſibi debita excluſus ſit. §. 2.
Vbi ſimul
1) de perſonis agitur, quibus et a quibus legitima ordinaria debetur; §. 3. 4. et 14.
2) de quantitate et computatione portionis legitimae,
tum
generatim; §. 5.
tum
ſpeciatim, ratione habita
a) perſonarum ad eam determinandam connumerandarum; §. 6.
b) termini a quo ineundae computationis; §. 8.
c) bonorum, e quibus praeſtanda, et quae ipſi imputanda. §. 9.
3) De modo, eam legitime relinquendi. §. 7. et 10.
B) Vt prorſus ab ea excluſus ſit; §. 11.
idque
C) rite quidem, at inique. §. 12. et 13.
D) Vt excluſus voluntatem defuncti haud agnouerit. §. 15.

II.

II. Vſus et exercitium querelae determinatur;
1) reſpectu perſonarum, quibus competit, §. 16.
2) reſpectu eius, aduerſus quem datur. §. 17.
III. Finis eius et effectus exponuntur. §. 18. et 19.

Lib. V. Tit. III.

de

HEREDITATIS PETITIONE.

A) De hereditatis petitione in genere. Tit. III.
Vbi,
praemiſſa notione, §. 1.
I. fundamentum actionis determinatur, exque eo concluſiones illuſtrantur. §. 2. et 3.
II. De reo agitur;
tum
generatim, §. 4. pr.
tum
ſpeciatim
1) de ficto poſſeſſore, §. 4.
2) de eo, qui vere pro herede vel poſſeſſore poſſidet; §. 5.
3) de eo, qui titulo ſingulari poſſidet. §. 6.
III. Finis et effectus actionis exponitur,
1) generatim, §. 7.
2) ſpeciatim,
reſpectu reſtitutionis
a) rerum hereditariarum, §. 8.
b) damnorum non caſualium et fructuum, §. 9.
c) damnorum caſualium. §. 10.
IV. De iure circa adminiſtrationem hereditatis, quam habet poſſeſſor, et repetitionem impenſarum. §. 11. et 12.

B)

B) De quibusdam hereditatis petitionis ſpeciebus, ſigillatim
1) de hereditatis petitione partiaria; *Tit.* IV.
2) de poſſeſſoria hereditatis petitione; *Tit.* V.
3) de fideicommiſſaria hereditatis petitione. *Tit.* VI.

Lib. VI. Tit. I.

DE

REI VINDICATIONE.

Praemiſſis connexione et notione, §. 1. et 2.
I. ſubiecta determinantur, ſigillatim
1) actor, §. 3.
vbi ſimul de probatione dominii agitur, §. 4. et 5.
2) reus. §. 6–8.
II. Obiectum. §. 9.
III. Finis et effectus, vbi
1) de reſtitutione rei principalis vna cum acceſſionibus; §. 10.
2) de reſtitutione fructuum et damnorum; §. 11. et 12.
3) de reſtitutione impenſarum; §. 13.
4) de modo et loco reſtitutionis. §. 14.
IV. De exceptionibus quibusdam, quae huic actioni opponi ſolent. §. 15. et 16.

Lib. VI. Tit. II.

DE

PVBLICIANA IN REM ACTIONE.

Praemiſſa notione. §. 1.
I. requiſita actionis expenduntur.

quae
1) legitimam adquisitionem ex parte actoris; §. 2–4.
2) infirmius ius possessoris declarant. §. 5.
II. De effectu actionis remissiue agitur. §. 6.

Lib. VI. Tit. III.

SI AGER VECTIGALIS, ID EST, EMPHYTEVTECARIVS PETATVR.

Agitur
A) de emphyteusi; vbi praemissis notione, origine, ac speciebus, §. 1–3.
I. de constitutione emphyteuseos exponitur, ratione habita
1) constituentis, §. 4.
2) obiecti, §. 5.
3) modi constituendi. §. 6.
II. De iuribus et obligationibus dominum inter et emphyteutam; sigillatim
1) de obligationibus ex contractu emphyteuseos,
a) domini, §. 7.
b) emphyteutae. §. 8. et 9.
2) De iuribus constitutae emphyteuseos;
a) emphyteutae, §. 10.
b) domini directi. §. 11–13.
III. De modis finiendi emphyteusin. §. 14.
B) De iure praediorum censiticorum. §. 15.

LIB. VII. TIT. I.

DE

VSVFRVCTV ET QVEMADMODVM QVIS VTATVR FRVATVR.

Praemissa notione vsusfructus, §. 1.
expenduntur
I. constitutio vsusfructus,
spectata
1) respectu causae et modi; §. 2. et 3.
2) respectu obiecti. §. 4. 5. et 6. *pr.*
II. iura quaedam vsusfructus constituti; sigillatim
1) ius fructuarii, percipiendi fructus, §. 6. et 7.
vbi simul de adquisitione eorundem; ad §. 8.
2) obligatio fructuari, isoluendi onera publica
et reficiendi rem fructuariam. §. 9

LIB. VII. TIT. IV.

QVIBVS MODIS VSVSFRVCTVS VEL VSVS AMITTATVR.

Modi amittendi vsumfructum hoc titulo explicati sunt:
1) Mors fructuarii tum naturalis, tum ciuilis; §. 1.
2) Interitus rei fructuariae; §. 2.
3) Non vsus et illegitimus vsus; §. 3.
4) Consolidatio; §. 4.
5) Resolutio iuris proprietarii, et lapsus temporis praefiniti. §. 5.

Lib. VII. Tit. VIII.

de

VSV ET HABITATIONE.

I. De seruitute vsus.
1) Notio. §. 1.
2) Iura. §. 2.
II. De seruitute habitationis.
1) Notio et differentiae ab aliis negotiis analogis. §. 3. et 4.
2) Capitis deminutione et non vsu non amittitur. §. 5.

Lib. VII. Tit. IX.

VSVFRVCTVARIVS QVEMADMODVM CAVEAT.

I. De obligatione ad praestandam cautionem fructuariam generatim, et de mediis eam exigendi. ad §. 1.
II. De quo cauendum. §. 4.
III. De mediis cauendi. §. 2.
IV. De personis ab hac cautione immunibus. §. 3.

Lib. VIII. Tit. I.

de

SERVITVTIBVS.

Praemissis
I. potioribus differentiis seruitutum realium et personalium, §. 1.
itemque
II.

II. diuiſionibus ſeruitutum praedialium in
1) vrbanas et ruſticas, §. 2.
2) adfirmatiuas et negatiuas, §. 3.
3) continuas et diſcontinuas; §. 4.
III. de conſtitutione ſeruitutis realis agitur. Vbi
A) de ipſa conſtitutione ſeruitutis exponitur; ſpeciatim
1) de perſonis, quae ſeruitutem voluntatariam conſtituere et adquirere poſſunt; §. 5. et 6.
2) de modo adquirendi ſeruitutem; §. 7. et 8.
3) de his, quae reſpectu qualitatis praediorum et iuris ſeruitutis in ſe deſiderantur. §. 9–12.
B) Effectus ſeruitutis conſtitutae traduntur. §. 13. et §. 10. a verbis: Praeſtat autem etc.

Lib. VIII. Tit. II.

de

SERVITVTIBVS PRAEDIORVM VRBANORVM.

Praemiſſa
I. deſcriptione, §. 1.
II. eminentiora exempla ſeruitutum praediorum vrbanorum recenſentur; quarum quaedam
1) aedium dilatandarum cauſa comparatae ſunt, vt ſunt ſeruitutes
a) oneris ferendi atque tigni immittendi; §. 2. et 3.
b) protegendi proiiciendiue; §. 4.
c) altius tollendi. §. 12.
Quaedam

2) aquae pluuiae vel arcendae vel consequendae causa constituuntur. §. 5.

Quaedam

3) ad commoditatem luminis, prospectus, vel liberioris aeris pertinent;

veluti sunt seruitutes

a) luminum et ne luminibus officiatur; §. 6–9.
b) prospectus, et ne prospectui officiatur; §. 10.
c) altius non tollendi. §. 11.

Quaedam

4) exonerandarum aedium nostrarum, aliarumue commoditatum domus causa constitutae sunt.

Quorsum pertinent seruitutes, quae summatim recensentur §. 13. et 14.

Lib. VIII. Tit. III.

de

SERVITVTIBVS PRAEDIORVM RVSTICORVM.

Proponuntur exempla seruitutum rusticarum, quarum

quaedam

I. fundi nostri adcedendi causa constitutae sunt.

Huc pertinent seruitutes

1) itineris. §. 1.
2) actus, §. 2.
3) viae. §. 3.

Quaedam

II. fundi nostri exonerandi causa comparatae sunt;

veluti seruitutes

1) aquae educendae; §. 4.

2)

2) vuas in alieno exprimendi; excutiendi frumentum in alterius arena caet. §. 8.

Quaedam

III. ius continent, ex alieno aliquid sumendi. Huius generis sunt reliquae seruitutes, quae recensentur §. 4–10.

Lib. VIII. Tit. V.

SI SERVITVS VINDICETVR, VEL AD ALIVM PERTINERE NEGETVR.

Agitur de remediis quae seruitutis causa com. petunt

I. in petitorio iudicio.

Huc pertinent actiones confessoriae et negatoriae;

quarum

1) notiones traduntur, §. 1. et 2.
2) conuenientiae, §. 3.
3) adplicatio vtilis ad alia iura analoga. §. 4.

II. De remediis possessoriis remissiue. §. 5.

Lib. VIII. Tit. VI.

QVEMADMODVM SERVITVTES AMITTANTVR.

Agitur de causis amittendi seruitutem; vt sunt

1) rei interitus; §. 1.
2) consolidatio s. confusio; §. 2.
3) remissio; §. 3.
4) non vsus; §. 4. et 5.
5) extinctio iuris concedentis. §. 6.

Lib. IX. Tit. I.

SI QVADRVPES PAVPERIEM FECISSE DICATVR.

Agitur de actione quadrupedaria. Cuius
I. notio traditur. §. 1.
II. Requisita expenduntur.
Quae sunt:
vt damnum datum sit:
1) ab animali irrationali; §. 2.
2) in dominio alterius constituto;
3) contra naturam sui generis; §. 3. et 4.
4) citra adcedentem culpam hominis. §. 5.
III. Vis et effectus actionis cum obseruatione ex iure Saxonico. §. 6. et 7.

Lib. IX. Tit. II.

AD

LEGEM AQVILIAM.

Agitur de damno iniuria dato, eiusue reparandi remediis ex lege Aquilia
I. generatim.
Vbi
1) breuis historia et notio actionis ex L. Aquilia traditur; ad §. 1.
2) quatenus actio ex L. Aquilia directa, vtilis, vel in factum locum habeat, definitur. ad §. 3.
II. Speciatim
1) Indoles actionis ex L. Aquilia.
a) Requisita ad fundandam actionem,
α) generalia s. communia,
puta

a)

a) damnum iniuria datum, §. 7. et 8.
idque
b) imprimis positiuum; §. 5.
β) specialia, s. propria, prout actio vel
directe, vel vtiliter ex primo vel
tertio capite instituitur. §. 3.
b) Vis et effectus actionis,
α) ob damnum in re aestimabili; §. 4.
β) ob corpus liberi hominis laesum. §. 9.
c) Subiecta. §. 10. et 11.
2) De concursu actionis ex L. Aquilia
a) cum actionibus ex contractu; §. 2
b) cum actionibus ex aliis delictis. §. 6

Lib. IX. Tit. III.

DE

HIS, QVI EFFVDERINT VEL DEIECERINT.

I. De actione in factum de effusis vel deiectis.
1) Notio et ratio actionis. §. 1.
2) Requisita eius declarantur:
a) vt quid deiectum vel effusum sit, §. 2. et 3.
idque
b) in loco, in quo vulgo iter fit, neglecta
tempestiua praemonitione; §. 4.
c) vt ex effusione alicui damnum datum
sit. §. 5. pr.
3) Vis et effectus actionis;
a) si liber homo perierit; §. 5. α.
b) si laesus fuerit; §. 6.
c) si in re aestimabili damnum datum. §. 7.
II. De actione in factum de posito vel suspenso. §. 8. et 9.

Lib. IX. Tit. IV.

de

NOXALIBVS ACTIONIBVS.

I. Ratio et indoles actionum noxalium ob delictum ſerui ex iure romano exponitur, §. 1. et 2.
easque
II. neque ad famulos noſtros, neque ad homines proprios adplicari poſſe, oſtenditur. §. 3. et 4.

Lib. X. Tit. I.

FINIVM REGVNDORVM.

Praemiſſis
I. his, quae iudiciis diuiſoriis propria ſunt, §. 1.
II. de actione finium regundorum agitur.
Vbi praemiſſa
1) Notione, §. 2.
2) Requiſita actionis traduntur,
a) vt litigantes ſint confines; §. 3.
b) vt agatur de finibus praediorum ruſticorum; §. 4.
c) vt legitime probentur fines antiqui reſtituendi; vnde ſimul de probatione finium. §. 5. et 6.
3) Vis et effectus actionis exponitur. §. 6. *in fin.* et §. 7.
4) Obſeruatio ſubiungitur de concurſu actionis finium regundorum cum iudicio criminali de termino moto. §. 8.

Lib. X. Tit. II.

FAMILIAE HERCISCVNDAE.

Praemiſſa deſcriptione, §. 1.

I. fundamentum et ſubiecta actionis familiae erciſcundae expenduntur; §. 2–4.

II. de diuiſione hereditatis agitur.
Vbi
1) modus traditur, maſſam diuidendam conſtituendi,
quorſum pertinet
a) exhibitio legitimae deſignationis rerum hereditariarum; §. 5.
b) determinato eorum, quae in diuiſionem veniant, vel non veniant; §. 5–9.
c) taxatio bonorum diuidendorum, niſi licitatio placuerit. §. 9. *lit.* d.
2) De ipſa diuiſione et modo diuidendi exponitur §. 10. et 11.
3) De corrigenda laeſione diuiſionis. §. 12.

III. De praeſcriptione actionis familiae erciſcundae. §. 13.

Lib. X. Tit. III.

COMMVNI DIVIDVNDO.

Praemiſſa notione actionis communi diuidundo, §. 1.

I. Requiſita traduntur, quibus ius et exercitium huius actionis definitur. Nimirum praeſupponit
1) rerum ſingularium ex iure in re communionem; §. 2.
eamque
2) pro indiuiſo; §. 3.

3)

3) vt is, qui hac actione reſtitutionem impenſarum perſequitur, in re communi quae geſſit, communi nomine geſſerit. §. 4.
II. Vis et effectus actionis,
reſpectu
1) diuiſionis ipſius rei communis, §. 6. iunct. §. 5.
2) praeſtationum perſonalium reliquarum. §. 7.

Lib. X. Tit. IV.

AD EXHIBENDVM.

I. Ratio et indoles actionis ad exhibendum generatim explicantur. §. 1. et 2.
II. Requiſita traduntur, quibus
1) ſubiecta determinantur,
ſigillatim
a) actor, §. 3.
b) reus, §. 4–6.
2) exhibitio ipſa, §. 7.
et
3) obiectum declarantur. §. 8.
III. Subiicitur de modo procedendi ex iure hodierno obſeruatio. §. 9.

Lib. XI. Tit. I.

DE

INTERROGATIONIBVS IN IVRE FACIENDIS, ET INTERROGATORIIS ACTIONIBVS.

I. De interrogationibus quae fiunt in iure,
1) ab actore, §. 1.
2) a iudice. §. 2.

II.

II. De positionibus.
1) Origo et ratio; §. 3.
2) Modus procedendi,
tum
a) in concipiendis et offerendis positionibus; §. 4.
tum
b) in respondendo ad easdem. §. 5.

Lib. XI. Tit. II.

DE

QVIBVS REBVS AD EVNDEM IVDICEM EATVR.

Agitur de foro continentiae causarum
I. generatim, §. 1.
II. speciatim,
1) de foro identitatis causarum; §. 2–4.
2) de foro connexitatis causarum. §. 5.

Lib. XI. Tit. III.

DE

SERVO CORRVPTO.

I. De actione in factum de seruo corrupto ciuili,
1) directa, §. 1.
2) vtili, huiusue vsu hodierno. §. 2.
II. De criminali eiusmodi corruptionis persecutione. §. 3.

Lib. XI. Tit. V.

de

ALEATORIBVS.

Agitur

I. de iure circa aleam et ludos.
Vbi praemissa
1) distinctione de ludis virtutis aliisue, §. 1.
2) sanctiones iuris romani de ludis vetitis exponuntur; §. 2–6.
3) de iuris hodierni facie differitur. §. 7.

II. De iure sponsionum. §. 8–10.

III. De vrnis fortunae. §. 11.

IV. De iudicio sortis. §. 12.

Lib. XI. Tit. VI.

SI MENSOR FALSVM MODVM DIXERIT.

I. Origo et ratio actionis in factum aduersus mensorem, qui dolose falsum modum renunciauit. §. 1. et 2.

II. Indoles, §. 2. *in fin. et* §. 3.
et

III. Vsus huius actionis. §. 4.

Lib. XI. Tit. VII.

de

RELIGIOSIS ET SVMTIBVS FVNERVM, ET VT FVNVS DVCERE LICEAT.

Lib. XI. Tit. VIII.

de

MORTVO INFERENDO ET SEPVLCHRO AEDIFICANDO.

Agitur

I. de iure sepulturae, sepulchrorum et funerum, sigillatim

1) de sanctitate sepulchrorum et iure determinandi locum sepulturae priuatum. §. 1–3.

2) De variis speciebus sepulchrorum publicorum et iuribus eorundem.

a) De sepulchris communibus, et iure sibi in his locum sepulturae constituendi, §. 4. et 5.

b) De sepulchris particularibus.

Vbi, expositis speciebus, et iure quod possessori in ea competit, §. 6,

ad ea recte adplicari ostenditur

α) edictum: ne quis in alienum locum inferat cadauer; §. 7.

β) actionem in factum ad id quod interest; §. 12.

γ) interdicta de mortuo inferendo, et de sepulchro aedificando. *Tit.* VIII. §. 1. et 2.

3) De non humanda praegnante mortua antequam ei excideretur partus. *Tit.* VIII. §. 3.

II. De sumtibus funeris et actione funeraria.

Vbi, praemissa notione, *Tit.* VII. §. 8.

1) subiectum passiuum determinatur; §. 9.

2) requisita actionis traduntur; §. 10.

3) quid funeris causa impensum videatur, exponitur. §. 11.

LIB. XII. TIT. I.

DE

REBVS CREDITIS.

I. De contractuum, ſpeciatim nominatorum generibus.

Vbi, praemiſſa notione contractus, §. 1.

1) ipſa diſtinctio contractuum nominatorum explicatur, §. 2–4.

2) de vſu huius diſtinctionis apud nos diſſeritur. §. 5.

II. De mutuo.

1) Notio. §. 6.

2) Requiſita contrahendi perficiendique contractus,

a) reſpectu formae; §. 9. et 13.

b) reſpectu perſonarum contrahentium,

α) mutuum dantis; §. 7. et 8.

β) accipientis; §. 10. et 11.

c) reſpectu obiecti. §. 12.

3) Iura mutui contracti.

a) Obligatio debitoris ad reſtituendum, ſpectata

α) reſpectu temporis faciendae reſtitutionis; §. 14.

β) reſpectu quantitatis et qualitatis eius, quod in reſtitutionem venit. §. 15. et 16.

b) Remedia creditoris ad perſequendum ius ex mutuo. §. 17.

II. De litterarum obligatione.

1) Inſpectio ex iure antiquo. §. 18–21.

2) Ex iure nouo et hodierno;

a) intuitu chirographi ſuper mutuo; §. 22. 25. et 26.

b) reſpectu aliarum cautionum. §. 23. et 24.

Lib. XII. Tit. II.

DE

IVREIVRANDO SIVE VOLVNTARIO, SIVE NECESSARIO SIVE IVDICIALI.

Tit. III.

DE

IN LITEM IVRANDO.

I. Natura et indoles iuramenti generatim explicatur.
Vbi, praemissa notione, §. 1.
1) de iusto iuramenti vsu differitur, §. 2.
2) requisita traduntur,
quibus determinantur
a) forma iurisiurandi, §. 3–8.
b) reliqua eius indoles,
respectu
α) iurantis, §. 9.
β) obiecti, §. 10.
γ) sinceritatis in iurante. §. 11.

II. Species iuramentorum eminentiores exponuntur,
sigillatim
1) Iuramentum promissorium; §. 12.
2) Iuramentum litis decisorium,
a) extraiudiciale; §. 13.
b) iudiciale voluntarium; vbi,
praemissa notione, §. 14.
α) de legitima eius delatione agitur, §. 15–20.
β) de vi delationis a iudice probatae, §. 23. 24. 25.
γ) de sententia confirmatoria et modo hoc iuramentum praestandi; §. 21. et 22.
δ) de vi et effectu praestiti iuramenti; §. 26.

c) iudiciale neceſſarium.
De quo
α) generatim agitur, §. 27.
β) ſpeciatim,
a) de iuramento ſuppletorio; §. 28–30.
b) de iuramento purgatorio. §. 31–33.
3) Iuramentum calumniae;
vbi
a) de iuramento calumniae generali,
cuius traduntur
α) contenta, §. 34.
β) vſus, §. 35.
γ) effectus; §. 38.
b) de iuramento calumniae ſpeciali; §. 35.
c) de perſonis ab vtroque immunibus. §. 37.
4) Iuramentum in litem *Tit.* III.
a) Notio et ſpecies. §. 1. et 2.
b) Requiſita, vt ad iuramentum in litem
ſpeciatim adfectionis, deueniatur. §. 3–7.
c) Vis et vſus huius iurisiurandi. §. 8–10.

LIB. XII. TIT. IV.

DE

CONDICTIONE CAVSA DATA, CAVSA NON SECVTA.

Praemiſſa
I. indole condictionum generali, §. 1.
II. ſpeciatim de condictione ob cauſam datorum agitur.
Vbi, praemiſſa
1) notione, §. 2.
2) requiſita traduntur, §. 3–5.
3) cui, et ad quid detur, exponitur. §. 6. et 7.

Lib. XII. Tit. V.

de

CONDICTIONE OB TVRPEM VEL INIVSTAM CAVSAM.

I. De condictione ob turpem causam.
1) Notio; §. 1.
2) Requisita. §. 2. et 3.
II. De condictione ob iniustam causam. §. 4.

Lib. XII. Tit. VI.

de

CONDICTIONE INDEBITI.

I. Notio et fundamentum. §. 1. et 2.
II. Requisita actionis,
1) ex parte dantis:
vt
a) aliquid solutum sit vel promissum, §. 3.
idque
b) indebite, hoc est, citra omnem efficacem obligationem, §. 4-6.
c) ex errore, §. 7.
eoque
d) facti. §. 8.
2) ex parte accipientis. §. 9.
III. Reliqua indoles, et vis condictionis tum certi tum incerti. §. 10. et 11.

Lib. XII. Tit. VII.

de

CONDICTIONE SINE CAVSA.

I. Condictio ſine cauſa in ſenſu lato, §. 1.
II. in ſenſu ſtricto; cuius
1) notio, §. 2.
2) vſus traditur. §. 3. et 4.

Lib. XIII. Tit. I.

de

CONDICTIONE FVRTIVA.

Praemiſſa
1) ratione huius condictionis, §. 1.
2) de notione et fundamento agitur; §. 2.
3) Requiſita traduntur, quibus determinantur ſubiecta,
a) actor, §. 3.
b) reus. §. 4.
4) Vis eius exponitur, §. 5.
et
5) concurſus cum aliis remediis. §. 6.

Lib. XIII. Tit. II.

de

CONDICTIONE EX LEGE.

I. De condictione ex lege.
1) Notio; §. 1.
2) Requiſita, quibus ius et exercitium huius actionis determinantur. §. 2–5.
II. De implorationе officii iudicis. §. 6.

Lib. XIII. Tit. III.

DE

CONDICTIONE TRITICARIA.

Agitur
1) de origine, indole et vſu condictionis triticariae; §. 1.
2) de ineunda aeſtimatione rei in aeſtimatione praeſtandae. §. 2. et 3.

Lib. XIII. Tit. IV.

DE

EO, QVOD CERTO LOCO DARI OPORTET.

I. Ratio et notio huius condictionis; §. 2. §. 3. *pr.* et §. 1.
II. Requiſita, quae ad ius et exercitium eius pertinent. §. 2. num. 1. et §. 3–6.
III. Vis eius et effectus. §. 7. et 8.

Lib. XIII. Tit. V.

DE

CONSTITVTA PECVNIA.

I. Notio et ſpecies conſtituti debiti, et actio de conſtituta pecunia generatim explicantur. ad §. 1. et 2.
II. Speciatim,
1) de conſtituto debiti proprii, cuius
a) indoles generatim traditur,
b) vſus oſtenditur tum apud Romanos, tum apud nos. ad §. 3. *a verbis:* Multo minus.

2) De conſtituto debiti alieni.
   a) Indoles et differentiae a fideiuſſione. §. 3. et 4.
   b) Requiſita et ius eius. §. 5.

Lib. XIII. Tit. VI.

COMMODATI VEL CONTRA.

I. De contractu commodati agitur.
   1) Notio commodati. §. 1.
   2) Axiomata traduntur, quibus exponuntur
      a) res, quae commodato datur; §. 2.
      b) vſus conceſſus; quorſum ſequentia referuntur:
         vt res detur ad vſum
         α) nudum, §. 3.
         β) certum et definitum, §. 4. et 5.
         γ) gratuitum. §. 6.
      c) obligatio ad reſtituendum. §. 7–10.
   3) De actione commodati,
      a) directa, §. 11.
      b) contraria. §. 12.

II. De reſtitutione damnorum ex vero vel quaſi contractu,
   ſigillatim
   1) de damno dolo dato; §. 13.
   2) de damno per culpam emergente.
      vbi
      a) notio et gradus culpae explicantur, §. 14–16.
      b) reſtitutio huius damni expenditur.
         Vnde, praemiſſis
         α) obſeruationibus, §. 17. et 18.
         β) de praeſtanda culpa lata agitur, §. 15. *circa fin.*
         γ) de praeſtandis reliquis culpae gradibus,

a)

a) regula, §. 19.
b) exceptiones traduntur. §. 20. et 21.
3) De damno casu contingente. §. 22–24.

Lib. XIII. Tit. VII.

DE

PIGNORATITIA ACTIONE.

Praemissa notione, §. 1.
I. Indoles contractus per requisita declaratur, quae
1) modum ineundi, et quae inde fluunt iura, §. 2–10.
2) obligationem ad restituendam rem oppignoratam declarant. §. 11–14.
II. Actiones expenduntur, sigillatim
1) actio directa, §. 15–17.
2) actio contraria. §. 18. *seqq.*

Lib. XIV. Tit. I.

Praemissa obseruatione de obligatione tertii ex contractu inter alios, §. 1.
I. de actione exercitoria agitur, cuius, praemissa
1) notione, §. 2.
2) indoles declaratur per requisita sequentia:
a) vt exercitor aliquem naui praepoſuerit, tanquam magistrum; §. 3. et 4.
b) vt actor cum magistro qua tali contraxerit; §. 5.
idque
c) secundum legem praepositionis. §. 6–8.
II. Quatenus ipse magister nauis, ab his, qui cum eo contraxerint, §. 9.

nec non

III. contrahentes cum magistro ab exercitore conueniri possint, exponitur. §. 10.

Lib. XIV. Tit. II.

DE

LEGE RHODIA DE IACTV.

I. Generatim.
   1) Historia; §. 1.
   2) Argumentum; §. 2.
   3) Ratio et extensio legis Rhodiae de iactu. §. 3.

II. Speciatim, de indole obligationis ad contribuendum.
   1) Requisita huius obligationis:
      a) iactus mercium, ob iustum naufragii metum; §. 4.
      b) earundem amissio, aut deterioratio; §. 5. et 6.
      c) nauis et ceterarum rerum conseruatio. §. 7. 8. et 9.
   2) De personis ad contribuendum obstrictis, et de modo determinandi contributionem. §. 10.
   3) De modo contributionem persequendi. §. 11. et 12.

Lib. XIV. Tit. III.

DE

INSTITORIA ACTIONE.

Praemissa

I. descriptione actionis institoriae, §. 1.

II. indoles eius per axiomata et inde illatas conclusiones definitur.

Sunt ea

1)

1) vt is, quocum actor contraxit, a praeponente habili inſtitor conſtitutus fuerit; §. 2–4.
2) vt actor cum hoc, qua tali, ſecundum legem praepoſitionis contraxerit. §. 5.
III. De obligatione tum praeponentis, tum ipſius inſtitoris monita. §. 6. et 7.

Lib. XIV. Tit. IV.

de

TRIBVTORIA ACTIONE.

I. Deſcriptio actionis cum monito. §. 1. et 2
II. Potiora eius requiſita. §. 3. *ſeqq.*

Lib. XIV. Tit. V.

QVOD CVM EO, QVI IN ALIENA POTESTATE EST, NEGOTIVM GESTVM ESSE DICETVR.

I. Obligatio hominis alieni iuris, ſpeciatim filiifamilias ex ſuis ipſius contractibus. §. 1.
II. Limitationes eius,
1) ex dilatione executionis ad ſtatum patrisfamilias; §. 2.
2) ex beneficio competentiae. §. 3. ſeqq.

Lib. XIV. Tit. VI.

de

SCTO MACEDONIANO.

I. Argumentum et ratio SCti. §. 1.
II. Ius et exercitium exceptionis ex eo per requisita determinatur;
quorsum refertur:
1) vt pecunia sit mutuo data filiofamilias, §. 2. et 3.
2) a sciente, §. 4.
et
3) tali persona, quae pecuniam mutuo dare potest; §. 5. et 6.
4) vt mutuum citra patris consensum contractum, §. 7. et 8.
nec
5) filiusfamilias sui iuris factus id adgnoverit. §. 9. et 10.
III. Vis huius exceptionis. §. 11.

Lib. XV. Tit. I.

de

PECVLIO.

et

Lib. XV. Tit. II.

QVANDO ACTIO DE PECVLIO ANNALIS EST.

A) De peculio eiusue speciebus generatim.
1) Notio et ratio peculii. §. 1. et 2.
2) Variae peculii species. §. 3. et 4.
B) Singulae species peculii filialis exponuntur.

I.

I. Peculium militare.
1) Obiecta
a) peculii castrensis, §. 5.
b) quasi castrensis. §. 6. et 7.
2) Ius peculii militaris. §. 8.
II. De peculio aduentitio
1) ordinario;
a) Notione, §. 13.
b) Ius huius peculii. §. 10 – 12.
2) extraordinario;
vbi praemissa
a) Notio et obiecta; §. 9.
b) quae huc referri solent bona, sigillatim recensentur. §. 14 – 21.
III. De peculio profectitio.
Cuius
1) indoles exponitur,
traditis
a) Notione eius cum obseruatione; §. 22.
b) Requisitis, quae pertinent ad illius constitutionem; §. 23 – 25.
c) Iuribus. §. 25.
2) Actio, quae ex eius concessione nascitur
a) describitur, §. 26.
b) obseruationibus illustratur. §. 27. et *Tit.* II.

Lib. XV. Tit. III.

DE

IN REM VERSO.

Praemissa descriptione, §. 1.
I. requisita actionis de in rem verso directae traduntur,
quorsum

quorsum Boehmerus refert:

1) vt filiusfamilias vel seruus negotium patrisfamilias sui gesserit, non proprium in peculio; §. 2.
2) vt ex ea causa versio in rem patris facta, §. 3 et 4.
et
3) filio vel seruo ob eam rem nondum satisfactum sit. §. 5.

II. Discrimen actionis de in rem verso ab actione negotiorum gestorum contraria. §. 6.

III. Actio de in rem verso vtilis. §. 7.

Lib. XV. Tit. IV.

QVOD IVSSV.

Agitur de actione quod iussu, quae

I. describitur, §. 1.

II. ex requisitis declaratur, quae
tum

1) ad fundandam eam actionem pertinent, §. 2. et 3.
tum

2) idoneitatem iubentis et qualitatem negotii gesti determinant. §. 4. et 5.

Lib. XVI. Tit. I.

I. Historia, argumentum, et ratio SCti Velleiani. ad §. 1.

II. Requisita cum conclusionibus traduntur, quibus ius et exercitium beneficii SCti Velleiani determinatur.

1) Intercessio pro alio; §. 2–6.
eaque

2)

2) vera, non apparens; §. 7–10.
3) ſimplex et mere voluntaria; §. 11.
4) mulieri ob imbecillitatem ſexus damnoſa. §. 12–14.
Praeterea requiritur
5) vt creditor, mulierem intercedere ſciuerit; §. 15.
6) creditum, pro quo interceſſio facta, non ſit magis fauorabile; §. 16.
7) mulier beneficiis ſuis valide haud renunciauerit. §. 17–19.
III. Indoles exceptionis, quae ex SCto proficiſcitur §. 20.
IV. Remedia, quibus creditori ſuccurritur, apud quem interceſſio facta, eorumque indoles.
Vbi
1) de actione reſtitutoria ſ. reſciſſoria; §. 21. et 22.
2) de actione reſtitutoria. §. 23.
V. Obſeruatio ſubiicitur ex L. 23. §. 2. C. *de SCto Vell.* §. 24.

Lib. XVI. Tit. II.

DE

COMPENSATIONIBVS.

A) De compenſatione.
Vbi praemiſſa
I. notione, §. 1.
II. requiſita traduntur ſequentia:
1) vt mutua ſubſit obligatio, a compenſatione ſpeciatim non exemta; §. 2–4.
2) inter eundem debitorem atque creditorem; §. 5. et 6.
3) vtrinque efficax; §. 7. et 8.
4) vtrinque genus continens; §. 9.
5) vtrinque liquida; §. 10. et 11.
6) pura et ſtatim exigibilis; §. 12.

III.

III. Vis et effectus compensationis
1) admissae, §. 13. et 14.
2) reiectae. §. 15.
B) De iure retentionis. §. 16–18.

Lib. XVI. Tit. III.

DEPOSITI VEL CONTRA.

A) De contractu depositi agitur.
Cuius, praemissis
I. notione et diuisione in simplex et miserabile, §. 1. et 2.
II. indoles per requisita declaratur, quibus
1) modus ineundi hunc contractum, et quae inde pendent iura definiuntur.
Huc pertinent sequentia:
a) vt depositario res tradatur; §. 3. et 4.
idque
b) principaliter custodiae causa.
Vnde
α) differentiae depositi aliorumue contractuum deducuntur, §. 5.
β) obiecta depositi definiuntur; §. 6. et 7.
γ) negatus depositario vsus determinatur. §. 8. et 9.
c) Vt custodia haec ab eo gratis suscipiatur. §. 10.
2) Obligatio ad restituendum explicatur; puta restituendum est depositum, imprimis regulare,
a) bona fide; §. 11. et 12.
b) illico, ad beneplacitum deponentis; §. 13. et 14.
c) in specie, §. 15.
d) non deterioratum per culpam a depositario praestandam, §. 16.
e) in loco, in quo res absque dolo malo depositarii est. §. 17.

III.

III. Actiones depositi explicantur. §. 18.

B) De sequestro.

Vbi praemissis

1) notione et modo contrahendi, §. 19. et 20.

2) speciatim declaratur, quatenus sequestrum necessarium decerni possit. §. 21. et 22.

Lib. XVII. Tit. I.

MANDATI VEL CONTRA.

Praemissis notione ac diuisione mandati in simplex et qualificatum, §. 1. et 4.

I. requisita traduntur, quibus determinantur

1) forma mandati.

Haec absoluitur

a) mutuo consensu, §. 2.

b) principaliter directo ad gerendum negotium, §. 3. *pr.* et *num.* 2. iunct. §. 5. quod

c) mandans mandatario committit, atque hic gratis expedire promittit. §. 12. et 13.

2) Obiectum,

quod negotium esse debet

a) vicariam operam admittens; §. 3. *num.* 1.

b) in se honestum et licitum; §. 6.

c) ipsius mandantis interesse aliquo modo concernens. §. 7.

Vnde

α) obligatio mandantis et mandatarii erga eum, quocum hic contraxit, §. 8. et

β) discrimina explicantur, quibus mandatum a consilio et commendatione separatur. §. 9–11.

II.

II. Officium mandatarii
1) generatim, §. 14.
2) ſpeciatim determinatur.
Quorſum pertinet, vt negotium ſuſceptum expediat
a) ſecundum modum praeſcriptum, §. 15–18.
b) debita diligentia, §. 19.
c) bona fide. §. 20.
III. Indoles actionum mandati expenditur; ſigillatim
1) actionis directae; §. 21.
2) contrariae; §. 22–24.
ſubiecta
3) obſeruatione, quae pertinet ad vtramque hanc actionem. §. 25.
IV. De modis, quibus diſſoluitur mandatum,
1) ex voluntate contrahentium; §. 26. et 27.
2) citra eandem. §. 28. et 29.

Lib. XVII. Tit. II.

PRO SOCIO.

Praemiſſis variis ſocietatis ſignificatibus, §. 1.
I. de communione bonorum in genere et iure communionis bonorum vniuerſalis agitur. §. 2. et 3.
II. De contractu ſocietatis.
Vbi, praemiſſis diuiſionibus, et obſeruationibus, §. 4. 5. 9.
1) requiſita ineundae ſocietatis, cumprimis quaeſtuariae traduntur, quae ſunt
a) declaratio mutui conſenſus §. 6. et 7.
b) ad aliquid communicandum, §. 8.
c) in communem quaeſtum. §. 10. et 11.
2) De iuribus et obligationibus ex contractu ſocietatis,

figillatim
a) de obligatione ad diligentem administrationem et rationes reddendas; §. 16. et 17.
b) de obligatione, impendia et damna pro parte ferendi; §. 18–20.
c) de communione lucri et damni. §. 21. *iunct.* §. 12. 13. 14. et 22.
d) de actione pro socio §. 15. 23. et 24.
3) De modis dissoluendi societatem,
a) renunciatione; §. 26. et 27.
b) morte; §. 28 et 29.
c) amissione rerum; §. 30.
d) negotio finito vel tempore transacto. §. 31.

Lib. XVIII. Tit. I.

de

CONTRAHENDA EMTIONE, ET DE PACTIS INTER EMTOREM ET VENDITOREM COMPOSITIS, ET QVAE RES VENIRE NON POSSVNT.

Praemissis
notione et diuisionibus quibusdam, §. 1–4.
I. Essentialia contrahendae emtionis venditionis declarantur,
figillatim
1) Declaratio mutui consensus; §. 5–7.
2) Habilitas contrahentium; §. 8. §. 9. *lit. a.* et §. 10.
3) Res vendenda.
In ea desideratur, vt
a) in rerum natura existat, vel saltim existere possit; §. 11.
b) sufficienter determinata; §. 12–15.
et

c) in commercio, nec alienari prohibita sit. §. 16. §. 17. §. 9. lit. β. et §. 18.

4) Pretium emtionis, quod
   a) in pecunia numerata consistere, §. 20. et 21.
   b) iustum, §. 22–24.
   c) verum, §. 25.
   d) certum esse debet. §. 26–28.

II. De pactis agitur, quae emtioni venditioni adiici solent et possunt,
   1) in vniuersum, §. 29. et 30.
   2) speciatim de pactis
      a) reseruati dominii; §. 31.
      b) de retrouendendo; §. 32-34.
      c) protimiseos, simul de iure protimiseos legali et testamentario; §. 36–38.
      d) constituti; §. 39.
      e) addictionis in diem; Tit. II.
      f) commissorio. Tit. III.

Lib. XVIII. Tit. II.

de

IN DIEM ADDICTIONE.

Praemissis

I. notione, et duplici hoc pactum ineundi modo, §. 1. et 2.

II. requisita traduntur, vt ius ex addictione in diem in effectum deducatur.

Sunt ea
   1) vt lex addictionis in diem speciatim adiiciatur; §. 2.
   2) vt tempestiue offeratur melior conditio; §. 3. et 4.
   3) vt venditor eam accipiat. §. 5.

III.

III. Ius ex addictione in diem existente conditione,
1) si emtor idem offerat; §. 6.
2) si id ipsum respuat. §. 7. et 8.

Lib. XVIII. Tit. III.

DE

LEGE COMMISSORIA.

I. Notio et vsus, §. 1. et 2.
II. Requisita ad exercendum ius ex lege commissoria:
1) vt tempus solutionis praeterlapsum; §. 3.
2) pretium integrum non solutum; §. 4.
3) emtor in mora sit; §. 5.
4) venditor se declaret, num iure hoc vti velit. §. 6.
III. Remedia repetendi rem venditam conditione legis commissoriae existente. §. 7.

Lib. XVIII. Tit. IV.

DE

HEREDITATE VEL ACTIONE VENDITA.

Agitur
I. De venditione hereditatis, speciatim delatae. Vbi
1) de contractu ipso; §. 1. et 2.
2) de effectibus eius, respectu
a) contrahentium inter se, §. 3. et 4.
b) aliorum. §. 5. et 6.
II. De cessione et venditione nominum atque actionum.

Vbi, praemissis

1) notione et variis speciebus cessionis, ab obiecto, a forma, a causa, ad §. 13. pr. et §. 14.
2) obseruationes traduntur, respectu
   a) personarum, quibus nomen ceditur; §. 7.
   b) obiecti, seu nominis, quod ceditur; §. 8 et 9.
   c) venditionis nominis contra legem Anastasianam. §. 10–12.
3) De effectibus cessionis nominis agitur. Vbi, exposita et probata contra Boehmerum
   a) regula:
      per cessionem nominis *exercitium iuris* cedenti competentis in cessionarium transferri, *dominio ipso* penes cedentem manente, ad §. 13. et 15. *circ. fin.*
   b) conclusiones inferuntur, respectu
      α) actionis cessionario competentis;
      β) liberationis, quae contingit per solutionem cedenti factam; §. 15. pr.
      γ) exceptionum, quae cessionario obstant, et priuilegiorum, quibus vtitur. §. 16.
4) De probatione cessionis. §. 17.
5) De differentiis cessionem inter et adsignationem. §. 18.

Lib. XVIII. Tit. V.

de

RESCINDENDA VENDITIONE, ET QVANDO LICET AB EMTIONE DISCEDERE.

Agitur de rescissione emtionis venditionis
I. ex causa laesionis,

1)

1) infra dimidium, seu sine respectu ad quantitatem laesionis; §. 2. et 4.
2) vltra dimidium, seu ex L. 2. C. *h. t.* vbi
a) quae sit laesio enormis? §. 5.
b) reliqua remedii requisita exponuntur. §. 1. 3. 6.
3) Subiecta et vis remedii ex L. 2. C. *h. t.* §. 7. 8. 9.
II. Citra causam laesionis, ex voluntate contrahentium. §. 10. et 11.

Lib. XVIII. Tit. VI.

de

PERICVLO ET COMMODO REI VENDITAE.

I. De periculo rei venditae.
1) Quis perfecto contractu periculum ferat? §. 1. et 2.
2) Quando ad hunc effectum contractus perfectus sit? determinatur
a) generatim, §. 3.
b) speciatim per varias causas imperfectionis,
α) ex consensu, §. 4. et 7.
β) ex merce, §. 5. 6. et 8.
γ) ex pretio. §. 9.
II. De commdo rei venditae;
1) generatim, §. 10.
2) speciatim, respectu thesauri a venditore in fundo vendito inuenti. §. 11.

LIB. XIX. TIT. I.

DE

ACTIONIBVS EMTI VENDITI.

I. Generatim. §. 1.

II. Speciatim,

A) de actione emti, cuius

1) notio cum obseruatione traditur, §. 2. et 3.

2) vis, in persequendis obligationibus venditoris, quae sigillatim recensentur. Sunt illae

a) obligatio ad praecise tradendam rem venditam, §. 4.
ita quidem, vt

b) rem habere liceat, §. 5.
et

c) vt vacua possessio in emtorem tranſeat; §. 6.

d) vt res tradatur in debita quantitate et qualitate; §. 7.

e) cum debitis accessionibus; §. 8.

f) debito loco et tempore; §. 9.

g) non deteriorata culpa venditoris. §. 10.

B) De actione venditi.
Vbi iterum

1) notio et obseruationes praemittuntur; §. 11.

2) vis actionis traditur in persequendis obligationibus,

a) principalibus, solutione scilicet pretii praestanda

α) debito tempore, §. 12. et 13.

β) debito modo; §. 14.

b) minus principalibus. §. 15.

Lib. XIX. Tit. II.

LOCATI CONDVCTI.

Praemiſſis

I. notione contractus, et diuiſionibus in locationem rerum et operarum, regularem et irregularem; §. 1. 2. 3.

II. potiora requiſita proponuntur, et illuſtrantur. Sunt ea

1) conſenſus vtrinque declaratus; §. 4. et 5.

2) conceſſus vſus,
vel
a) rerum, quae determinantur, §. 6. et 7.
vel
b) operarum, quae locari ſolent. §. 8.

3) merces, qua redimitur vſus conceſſus. §. 9. et 10.

III. Actiones et obligationes ex hoc contractu exponuntur, ſigillatim

1) actio conducti.
vbi, praemiſſa notione, §. 11.

A) de obligationibus locatoris agitur, quas hac actione perſequitur conductor,

a) ex locatione rerum.
Ex hac locator obligatur

α) principaliter,

a) vt frui liceat; §. 12. et 13.
vbi ſimul de remiſſione mercedis ob damnum plus quam tolerabile in fructibus paſſum. §. 14–21.

b) vt per tempus contractus frui patiatur; §. 22–25.

β) minus principaliter, ad reſtituenda

a) impendia in rem ipſam; §. 26.
b) tributa a conductore ſoluta; §. 27.
c) damna culpa data. §. 28.

b) ex locatione operarum; ex qua locator tenetur ad praeſtandum operas promiſſas
α) praeciſe, §. 29. et 30.
β) debita diligentia. §. 31.
c) ex locatione operis. §. 32.
B) De obligatione ſucceſſorum locatoris, ſigillatim
a) heredum, §. 33.
b) ſucceſſorum aliorum. §. 34. et 35.
2) Actio locati.
Vbi iterum, praemiſſa
a) notione,
b) obligationes conductoris traduntur, reſpectu
α) mercedis,
a) debito tempore, §. 37–39.
b) integrae praeſtandae; §. 40.
β) cuſtodiae; §. 41.
γ) reſtitutionis rei conductae. §. 42–44.

Lib. XIX. Tit. III.

de

AESTIMATORIA.

Praemiſſa notione contractus aeſtimatorii, §. 1.
I. contractus ipſe per axiomata declaratur.
Pertinent huc ſequentia:
1) vt datio fiat cum aeſtimatione rei venditionis cauſa; §. 2.
2) vt res detur vendenda; §. 3–5.
3) ſub lege, vt ea ipſa res, aut determinatum pretium reſtituatur. §. 6.
II. Vis et effectus huius contractus exponuntur, reſpectu

1)

1) dominii et periculi rei, §. 7. et 10.
2) actionis aeſtimatoriae praeſcriptis verbis. §. 8. et 9.

Lib. XIX. Tit. IV.

DE

RERVM PERMVTATIONE.

Agitur
I. de permutatione, cuius
1) notio traditur, §. 1.
2) obiecta determinantur, §. 2.
3) iura definiuntur. §. 3–6.
II. De cambio.
1) Origo et notio. §. 7. et 8.
2) Forma. §. 9. et 10.
3) Ius et obligatio. §. 11.

Lib. XIX. Tit. V.

DE

PRAESCRIPTIS VERBIS ET IN FACTVM ACTIONIBVS.

I. De contractibus innominatis in genere.
1) Ratio et indoles horum contractuum,
a) ex principiis iuris Romani, §. 1. et 2.
b) ex genio iuris Germanici. §. 3.
2) Actio, quae iis adplicatur, declaratur. §. 4–6.
II. De variis ſpeciebus contractuum innominatorum,
1) in vniuerſum, §. 7.
2) ſpeciatim, de contractu
a) do vt facias, §. 8. et 9.
b) facio vt des, §. 10.
c) facio vt facias, §. 11.

d) de discrimine, quod vulgo faciunt inter contractus innominatos, quorum praestatio reciproca *in dando*, et quorum implementum *in faciendo* consistit. §. 12–15.

Lib. XX. Tit. I.

DE

PIGNORIBVS ET HYPOTHECIS, ET QVALITER EA CONTRAHANTVR, ET DE PACTIS EORVM.

Praemissa notione, §. 1.

I. variae species pignorum traduntur, pro varietate

1) fundamenti ex quo ius pignoris competit. Vnde

a) necessarium, §. 3.

b) voluntarium est; §. 4.

2) formae externae constitutionis; qua ratione vel publicum est, vel priuatum; §. 2.

3) obiecti. Vnde vel generale est, vel speciale. §. 5–7.

II. Requisita traduntur, ad existentiam iuris pignoris necessaria. §. 2. *num.* 1. et §. 8.

III. Ius securitatis exponitur, quod creditori ex constituto pignore vel hypotheca competit, sigillatim

1) ex oppignoratione nominis, §. 9. *circ. fin.*

2) ex oppignoratione rei alius. Huc pertinent

a) ius persequendi pignus actione hypothecaria, de cuius indole exponitur §. 9. pr. §. 10. et 11.

b) iura, quorum mentio fit, §. 12.

LIB. XX. TIT. II.

IN QVIBVS CAVSIS PIGNVS VEL HYPOTHECA TACITE CONTRAHITVR.

Agitur de hypotheca legali, cuius, praemiſſis

I. notione et monito, §. 1.

II. ſingulae ſpecies recenſentur; quarum aliae

1) generales ſunt,
vt ecce hypothecae tacitae
a) fiſci, §. 2.
b) Principis et Auguſtae ex L. 6. §. 1. D. *de iure fiſci*
c) ciuitatum, §. 2. *in fin.*
d) vxoris, in bonis mariti,
e) coniugum, in bonis eius, qui dotem promiſit, } §. 3.
f) pupillorum et minorum, in bonis tutorum ac curatorum, §. 4.
g) liberorum, in bonis vitrici et parentum, §. 4. δ. et §. 5.
h) legatariorum et fideicommiſſariorum; §. 6.
aliae

2) ſpeciales, veluti ſunt hypothecae tacitae
a) pupillorum et minorum, §. 4. γ.
b) eius, qui credidit in refectionem aedium, §. 7.
c) locatoris praedii vrbani. §. 8.
d) locatoris praedii ruſtici, §. 9.
e) quaſi pignus eius, qui hominem ex captiuitate redemit, de quo L. 43. §. *vlt.* D. *de legat.* 1. L. 15. D. *de capt. et poſtl. reuerſ.*

Lib. XX. Tit. III.

QVAE RES PIGNORI VEL HYPOTHECA DATAE OBLIGARI NON POSSVNT.

Praemissa et determinata

I. regula, quid pignori dari possit, §. 1.

II. res enarrantur, quae vel absolute, vel secundum quid pignori dari non possunt.

Huc pertinent

1) res alienari prohibitae,

a) lege, §. 2. et 3.

b) testamento vel conuentione, §. 4.

2) Res alienae. §. 5.

3) Seruitutes. §. 6.

Lib. XX. Tit. IV.

QVI POTIORES IN PIGNORE VEL HYPOTHECA HABEANTVR, ET DE HIS, QVI IN PRIORVM CREDITORVM LOCVM SVCCEDANT.

I. De praelatione pignorum inter se.

Quae

1) ex diuerso iure pignoris declaratur, prout nimirum hypothecae

vel

a) priuilegio praelationis *ex iure speciali* fruuntur;

vt sunt

α) quaedam ex generalibus, §. 2. et 3.

β) quaedam ex numero specialium; §. 4. et 5.

vel

b) eo non fruuntur, quas simplices vocant. §. 6.

2)

2) obseruationibus determinatur, quibus
a) prioritas temporis pignorum declaratur, §. 7–9.
b) ordo pignorum praetoriorum propius definitur. §. 10.
II. De successione hypothecaria et iure offerendi. §. 11.

Lib. XX. Tit. V.

de

DISTRACTIONE PIGNORVM ET HYPOTHECARVM.

Praemissis obseruationibus, §. 1. et 2.
I. de distractione rei oppignoratae agitur, quae fit a creditore. Vbi
1) ius distrahendi eiusue exercitium determinatur; §. 3.
2) modus exponitur in ipsa distractione seruandus,
tum
a) respectu venditionis in se, §. 4.
tum
b) respectu ordinis pignorum vendendorum. §. 5.
3) De effectibus distractionis agitur. §. 6.
II. De capione et distractione pignorum iudicialium. §. 7.

Lib. XX. Tit. VI.

QVIBVS MODIS PIGNVS VEL HYPOTHECA SOLVITVR.

Soluitur pignus
I. indirecte, sublato debito principali, §. 1.
II.

II. directe, citra respectum ad debitum principale:
1) Remissione; §. 2.
2) Interitu obiecti; §. 3.
3) Resoluto iure dantis; §. 4.
4) Lapsu temporis praefiniti. §. 5.

Lib. XXI. Tit. I.

de

AEDILITIO EDICTO ET REDHIBITIONE ET QVANTI MINORIS.

I. Tractatio historica. §. 1.
II. Dogmatica.
1) De aedilitio edicto, quod agit de vitiis rerum venalium.
a) Argumentum et sanctio huius edicti. §. 2. et 3. *pr.*
b) Requisita, quibus ius et exercitium remediorum ex hoc edicto determinatur,
α) respectu negotii damnosi, §. 3.
β) respectu obiecti eius, §. 4.
γ) respectu causae laesionis. §. 5. et 6.
c) Remedia corrigendi laesionem exponuntur, sigillatim
α) redhibitoria et in factum actio, §. 7.
β) actio quanti minoris. §. 8. et 9.
2) De aedilitio edicto, ne quis animal noxium iuxta locum habeat, vbi vulgo iter fit. §. 10.

Lib. XXI. Tit. II.

de

EVICTIONIBVS ET DVPLAE STIPVLATIONE.

Praemiſſis

I. notione, et cauſis obligationis ad praeſtandam euictionem, cum obſeruatione de iure exigendi cautionem euictionis nomine, ad §. 1.

II. requiſita traduntur, vt praeſtatio euictionis ex fundamento generali exigi poſſit.

Sunt ea ſequentia:

1) vt euictionem paſſus rem euictam acceperit ex titulo oneroſo; §. 2. et 3.
2) vt euictionis praeſtationem non remiſerit; §. 5.
3) vt res ipſa fuerit euicta, §. 6. et 7.

idque

4) actu, §. 8.
5) per ſententiam iudicis, §. 9.
6) ob potius ius euincentis, propter quod auctor rem in alium transferre haud potuit; §. 10.
7) vt auctori euictio legitime denunciata fuerit. §. 11–13.

III. De ſubiectis agitur,

1) actiuo, §. 14. *pr.*
2) paſſiuo. §. 14. et §. 4.

IV. De remediis iuris et modo exigendi praeſtationem euictionis. §. 15.

Lib. XXII. Tit. I.

de

VSVRIS ET FRVCTIBVS ET CAVSIS ET OMNIBVS ACCESSIONIBVS ET MORA.

I. De vſuris et iure vſurarum.
1) Notio et legitimum fundamentum. §. 1–4.
2) Ius circa quantitatem et modum vſurarum.
Vbi
a) definitiones legitimae traduntur, tum
α) quantitatis in genere, §. 5.
tum
β) modi, nec vltra alterum tantum, nec vſurarum vſuras exigendi; §. 6. et 7.
b) de vſuraria prauitate eiusue poenis diſſeritur. §. 8.
3) Effectus vſurarum perceptarum. §. 9.
4) Modi extinguendi obligationem ad praeſtandas vſuras. §. 10.
II. De adfinibus quibusdam vſurarum ſigillatim
1) de eo, quod intereſt; §. 11.
2) de annuis reditibus; §. 12.
3) de fructibus; §. 13.
4) de cauſa et acceſſione. §. 14. et 15.
III. De mora; cuius exponuntur
1) notio, §. 16.
2) terminus a quo et cauſa, §. 17–19.
3) effectus, §. 20.
4) purgatio. §. 21.

Lib. XXII. Tit. III.

DE

PROBATIONIBVS ET PRAESVMTIONIBVS.

I. De probationibus iudicialibus in genere; vbi praemissa notione, §. 1.
1) de eo, quod probandum, §. 2.
2) de officio iudicis circa probationem, §. 3.
3) de eo, cui onus probandi incumbit, §. 4. et 5.
4) de variis probationum speciebus, respectu
a) modi probandi, §. 6. et 7.
b) quantitatis argumentorum; §. 8–10.
5) de legitimo modo probandi. §. 15. et 16.
II. De praesumtionibus,
1) in genere; §. 11.
2) speciatim
a) de indole praesumtionum iuris et hominis; §. 12. et 13.
b) de praesumtionibus iuris et de iure. §. 14.

Lib. XXII. Tit. IV.

DE

FIDE INSTRVMENTORVM ET AMISSIONE EORVM.

Praemissa notione instrumenti, §. 1.
I. variae instrumentorum species traduntur, tum
1) publicorum, §. 2–5
tum
2) priuatorum. §. 6.
II. Fides documentorum,

1) publicorum, §. 7–8.
2) priuatorum,
a) pro scribente, §. 9.
b) contra eundem. §. 10. et 11.
III. Requisita specialia probationis per documenta instruendae recensentur:
1) vt legitimo tempore et modo producantur; §. 12.
2) ne exceptione aliqua fides documenti infringatur; §. 13.
3) instrumenta ipsa illibata exstent. §. 14.

Lib. XXII. Tit. V.

de

TESTIBVS.

I. De idoneitate et fide testium.
Praemissa
1) notione et diuisione, §. 1. et 2.
2) causae speciales traduntur, aestimandi fidem testium,
quarum numero laudantur:
a) integritas mentis; §. 3.
b) integritas vitae morumue; §. 4.
c) integritas sensus illius, per quem veritas dicenda; §. 5.
d) respectus reuerentiae; §. 6.
e) ratio causae, in qua testis examinatur; §. 7.
f) motus animi et affectus; §. 8.
II. De forma probationis per testes;
sigillatim
1) de his, quae pertinent ad eam legitime suscipiendam, respectu
a) temporis; §. 12.
b)

b) modi. §. 13 et 14.

2) De singulis actibus, quae in eius prosecutione obueniunt;

A) ante examen testium.

Huc pertinent:

a) ex parte iudicis,

α) communicatio articulorum cum parte aduersa; §. 16. num. 5,

β) praefixio termini, ad quem tum partes litigantes, §. 15. tum testes legitime citandi; §. 18. §. 10. et 11.

b) ex parte eius, contra quem testes producuntur, interrogationum exhibitio. §. 16. et 17.

B) In ipso termino examinis testium. §. 19. et 20.

C) Examine peracto.

Huc pertinent:

a) confectio rotuli; §. 21.

eiusque

b) publicatio; §. 22.

c) disputatio attestationum; §. 23.

d) sententia. §. 24.

Lib. XXII. Tit. VI.

DE

IVRIS ET FACTI IGNORANTIA.

De ea agitur

I. dogmatice, §. 1. et 2.

II. practice: an et quatenus noceant error vel ignorantia,

1) iuris; §. 3.

2) facti. §. 4.

Lib. XXIII. Tit. I.

de

SPONSALIBVS.

Praemiſſis

I. notione ſponſaliorum et differentiis, quae ea inter et matrimonium intercedunt, §. 1–3.

II. de contrahendis ſponſalibus agitur, ratione habita

1) conſenſus deſponſatorum inter ſe, cuius expenduntur

a) neceſſitas et impedimenta ex aetate, dolo, errore, §. 4–6.

b) legitimae qualitates; quo refertur, vt ſit:

α) liber, §. 7.

β) mutuus, §. 8.

γ) legitimo modo declaratus, §. 9.

δ) ſponſalitius, §. 10. pr.. quo loco ſimul diſtinctio in ſponſalia de praeſenti et de futuro expenditur, ac ius ſponſaliorum conditionalium declaratur; §. 10–13.

2) conſenſus parentum. §. 14–16.

III. De vi et effectu ſponſaliorum. §. 17.

IV. De diſſolutione eorundem. §. 18. et 19.

Lib. XXIII. Tit. II.

de

RITV NVPTIARVM.

Praemiſſa notione, §. 1.

I. de perſonis agitur, quae matrimonium inire impediuntur vel prohibentur,

1)

1) ob defectum facultatis generandi; §. 2 et 4.
2) ob defectum ſtatus ciuilis, §. 3.
3) ob impedimentum neceſſitudinis, ſigillatim
a) conſanguinitatis, §. 5–8.
b) adfinitatis; §. 9–12.
4) ob impedimenta alia,
a) ex tutela et cura; §. 13 *lit. α.*
b) ex ſtatu dignitatis et religionis; §. 13. *lit. β.* §. 14. *lit. γ.*
c) ex adulterio; §. 14. *lit. δ.*
d) ex raptu; §. 15.
e) ex matrimonio; vbi ſimul de polygamia et iure ſecundarum nuptiarum §. 16–18.
II. De modo contrahendi matrimonium. §. 19 et 20.
III. De iuribus contracti matrimonii,
1) vtrique coniugi communibus, §. 21.
2) marito propriis, §. 22.
3) vxori propriis. §. 23.

Lib. XXIII. Tit. III.

DE

IVRE DOTIVM.

A) De dote.
I. Notio et diuiſio in dotem profectitiam et aduentitiam. §. 1. et 2.
II. De iure circa conſtitutionem dotis,
1) neceſſariae, §. 3. et 4.
2) voluntariae.
Vbi
a) de forma modoque conſtituendi dotem, §. 5–7.
b) de obiecto in dotem dando. §. 8–9.

III. De iure mariti in dotem, ſigillatim in rem immobilem, datam
1) aeſtimato venditionis cauſa, §. 11.
2) absque hac aeſtimatione. §. 11. 12. et 13.
B) De aliis quibusdum bonis coniugum a dote diuerſis, ſigillatim
I. de paraphernis; §. 14.
II. de donis nuptialibus; §. 15.
III. de ſponſalitia largitate; §. 16.
IV. de donatione propter nuptias; §. 17.
V. de dotalitio; §. 18-21.
VI. de morgengaba. §. 22.

Lib. XXIII. Tit. IV.

DE

PACTIS DOTALIBVS.

I. De modo pangendi pacta dotalia; vbi, praemiſſa
1) obſeruatione, §. 1.
2) diſtinctio pactorum nuptialium in ſimplicia et mixta traditur, §. 2.
et
3) vſu forenſi illuſtratur. §. 3.
II. De his, quae ad validitatem pactorum dotalium requiruntur,
1) ex generali conuentionum indole, §. 4. et 7.
2) ex iure ſpeciali pactorum dotalium, quo pertinet:
a) ne iura coniungum reſpectu dotis interuertant; §. 5. et 6.
b) ne quoad lucra dotis et donationis propter nuptias inaequalia ſint. § 8.
III. De diſſolutione pactorum dotalium. §. 9.

Lib. XXIII. Tit. V.

de

FVNDO DOTALI.

Agitur de prohibita alienatione fundi dotalis, eaque in re

I. prohibitio ipsa generatim traditur. §. 1.
II. propius declaratur determinationibus
  1) extendentibus, §. 2.
  2) restringentibus, quibus
    tum
    a) alienatio ipsa, §. 3. et 7.
    tum
    b) obiectum eius exponitur. §. 4. 5. et 6.
III. Ius alienationis contra prohibitionem factae traditur. §. 8.

Lib. XXIV. Tit. I.

de

DONATIONIBVS INTER VIRVM ET VXOREM.

I. Explicantur rationes infirmitatis donationum inter virum et vxorem. §. 1. et 2.
II. Axiomata traduntur, quibus definitur, quando sit donatio inter coniuges infirma; scilicet requiritur:
  1) donatio inter coniuges subditos facta, constante matrimonio, §. 3. et 4.
  2) alicuius momenti et extraordinaria, §. 5.
  per quam
  3) donans pauperior, §. 6. 7. et 8.
  4) donatarius locupletior factus. §. 9.

Ad haec neceſſe eſt

5) vt donatio inter viuos facta, §. 10.
6) a donante reuocata, §. 11 – 14.
nec
7) iureiurando firmata fuerit. §. 15.

III. Ius ex infirmitate huiusmodi donationis traditur. §. 16.

Lib. XXIV. Tit. II.

de

DIVORTIIS ET REPVDIIS.

Agitur

I. de diſſolutione matrimonii ex cauſa nullitatis, cuius
1) effectus et differentiae a diuortio, §. 1.
2) iuſtae cauſae exponuntur
a) nullitatis reſpectiuae, §. 2. 3. et 4.
b) nullitatis abſolutae. §. 5. et 6.

II. De diuortio.
1) Cauſae diuortii,
a) ex ſententia iuris romani, §. 7.
b) ex doctrina patrum et iure hodierno. §. 8.
2) Modus procedendi,
ſigillatim
a) in caſu adulterii, §. 11. §. 9. et 10.
b) in caſu malitioſae deſertionis. §. 12 – 14.
3) Effectus diuortii. §. 15. et 16.

III. De ſeparatione quoad thorum et menſam. §. 17. et 18.

Lib. XXIV. Tit. III.

SOLVTO MATRIMONIO DOS QVEM-ADMODVM PETATVR.

I. Ius repetendi dotem quatenus vxori competat, determinatur
   1) conſtante, §. 2.
   2) finito matrimonio; §. 1. 3. 5. et 6.
   ſimulque
   3) de probanda illatione dotis agitur. §. 4.
II. De perſonis, quibus dos reſtituenda,
   1) ſi morte mariti, §. 7. et 8.
   2) ſi morte vxoris matrimonium ſolutum ſit. §. 9.
III. De modo in reſtituenda dote obſeruando, ratione habita
   1) temporis, §. 11.
   2) obiecti reſtituendi, §. 12. et 13.
   3) beneficii competentiae. §. 10.
IV. De actione, qua dos repetitur. §. 14.

Lib. XXV. Tit. I.

DE

IMPENSIS IN REM DOTALEM FACTIS.

I. Ius mariti, repetendi impenſas dotis cauſa factas, determinatur, prout impenſae
   1) vel in rem, vel fructuum cauſa factae, §. 1. et 2.
   2) modicae, aut alicuius momenti, §. 3.
   3) neceſſariae, vtiles, aut voluptuariae ſunt. §. 4.
II. Quae ſit in effectu diuerſitas in modo repetendi impenſas neceſſarias inter et vtiles? §. 5 et 6.

Lib. XXV. Tit. II.

de

ACTIONE RERVM AMOTARVM.

I. Notio et requisita actionis traduntur. §. 1. et 2.
II. Vis actionis determinatur, respectu
  1) heredis rei, §. 3.
  2) eius, ad quod datur. §. 4.
III. De eius vsu forensi agitur. §. 5.

Lib. XXV. Tit. III.

de

AGNOSCENDIS ET ALENDIS LIBERIS PARENTIBVS VEL PATRONIS ET LIBERIS.

I. De obligatione mariti ad agnoscendum partum vxoris
  1) post diuortium, §. 1. et 3.
  2) constante matrimonio editum. §. 2. et 4.
II. De obligatione ex lege ad alendum
  1) liberos, §. 5–9.
  2) fratres sororesue, aliasue personas. §. 9. *in fin.* et §. 10.

Lib. XXVI. Tit. I.

de

TVTELIS.

Praemissis
I. notione et ratione tutelae impuberum, §. 1–3.
II. de constituenda tutela generatim agitur,

ratione

ratione habita
1) modi deferendi, §. 5.
2) personarum, quae tutores constitui possunt; vbi
a) qualitates tutoris personales generatim determinantur, §. 6.
b) a munere tutelae excluſi recensentur,
α) ob rationem ſtatus naturalis, §. 7. §. 10-12.
β) ob rationem ſtatus ciuilis, §. 13.
γ) ob alias cauſas ſpeciales. §. 8. et 9.
III. Officium tutoris
1) generatim traditum, §. 14.
2) corollariis et obſeruationibus illuſtratum. §. 15-17.

Lib. XXVI. Tit. II.

DE
TESTAMENTARIA TVTELA.

Praemiſſa deſcriptione, §. 1.
I. requiſita ſpecialia traduntur conſtituendae tutelae teſtamentariae,
1) vt tutor detur a patre, §. 2 et 3.
2) vt detur his, qui proxime ſunt in patria poteſtate dantis, §. 4. et 5.
3) vt detur iuſto teſtamento, vel codicillis teſtamento confirmatis. §. 6.
II. De vi et poteſtate tutelae teſtamentariae quaedam notantur. §. 7-10.

Lib. XXVI. Tit. III.

de

CONFIRMANDO TVTORE VEL CVRATORE.

I. De confirmatione tutorum ex legibus romanis.
1) Vſus eius. §. 1.
2) Modus. §. 2 et 3.
3) Num confirmatus tutor pro teſtamentario reputandus ſit? §. 4.
II. De confirmatione tutorum ex legibus domeſticis, cuius
1) indoles et vſus, §. 5 et 6
2) differentiae a confirmatione romana traduntur. §. 7.

Lib. XXVI. Tit. IV.

de

LEGITIMIS TVTORIBVS.

I. Quando tutela legitima ſuccedat, exponitur. §. 1.
II. De perſonis, quibus defertur, agitur; ſigillatim
1) de conſanguineis, §. 2 et 3.
2) de extraneis. §. 4.

Lib. XXVI. Tit. V.

de

TVTORIBVS ET CVRATORIBVS DATIS AB HIS, QVI IVS DANDI TVTORES HABENT; ET QVI ET IN QVIBVS CAVSIS SPECIALITER DARE POSSVNT.

Praemissa notione tutelae datiuae, §. 1.

I. De competentia iudicis agitur
1) in abstracto, §. 2.
2) in concreto, aestimanda tum
a) ex persona pupilli, §. 3 et 4.
tum
b) ex persona tutoris. §. 5.

II. De modo dandi tutorem. §. 6.

Lib. XXVI. Tit. VI.

QVI PETANT TVTORES VEL CVRATORES, ET VBI PETANTVR.

I. De matre tutorem petere obligata.
1) Obligatio ipsa declaratur. §. 1 et 4.
2) Poena petitionis neglectae. §. 2 et 3.
3) Num simili ratione curatorem petere necesse habeat? §. 5.

II. De reliquis personis ad petendum tutorem obstrictis. §. 6.

LIB. XXVI. TIT. VII.

DE

ADMINISTRATIONE ET PERICVLO TVTORVM ET CVRATORVM, QVI GESSERINT VEL NON, ET DE AGENTIBVS VEL CONVENIENDIS, VNO VEL PLVRIBVS.

I. Officium tutoris in legitime ſuſcipienda tutela. Vbi
1) potiora eius capita recenſentur, quae ſunt: vt tutor
a) quam primum fieri poſſit, adminiſtrationem ſuſcipiat, §. 3.
b) confirmationem germanicam petat, §. 4.
c) inuentarium confici curet, §. 5–7.
d) ſatisdationem et iuramentum praeſtet; §. 8.
2) qua ratione plures, quibus tutela delata, eam ſuſcipere poſſint, docetur, §. 9–11.

II. Officium tutoris in ipſa adminiſtratione tutelae ſuſceptae, reſpectu
1) perſonae, §. 13.
2) patrimonii pupilli, legitime et prudenter
a) augendi, §. 14–17.
b) conſeruandi, §. 18.
c) diſpenſandi; §. 19.
ſubiecta
3) obſeruatione de culpa a tutore eiusue herede generatim praeſtanda. §. 20.

LIB. XXVI. TIT. VIII.

DE

AVCTORITATE ET CONSENSV TVTORVM ET CVRATORVM.

I. De auctoritate tutorum.
Praemissa descriptione, §. 1.
1) necessitas et vsus eius determinatur,
a) ex persona pupilli, §. 3.
b) ex qualitate negotii. §. 4–6.
2) Modus eam legitime interponendi, ratione habita
a) liberi arbitrii tutoris, §. 7.
b) solemnium a legibus romanis praescriptorum. §. 2.
3) E pluribus contutoribus quis auctoritatem interponere debeat, exponitur. §. 8 et 9.
4) Vis negotii a pupillo solo gesti. §. 10.
II. De consensu curatorum. §. 11.

LIB. XXVI. TIT. IX.

QVANDO EX FACTO TVTORIS VEL CVRATORIS MINORES AGERE VEL CONVENIRI POSSVNT.

I. Obligatio minorum ex factis tutoris vel curatoris
1) generatim traditur, §. 1.
2) subiectis limitationibus declaratur. §. 2 et 3.
II. Quatenus ipse tutor vel curator ex negotio cum tertio contracto conueniri possit, docetur. §. 4 et 5.

LIB. XXVI. TIT. X.

DE

IS TVTORIBVS ET CVRATORIBVS.

Agitur de modis finiendi administrationem tutelae vel curae

I. Remotione et dimissione suspecti tutoris vel curatoris, vbi, praemissa notione remotionis et dimissionis,
  1) quis sit suspectus tutor declaratur, § 1.
  2) de accusatione eius agitur, respectu habito,
    a) iudicis, §. 2.
    b) accusatoris, §. 3.
    c) accusandi, §, 4. et 5.
    d) effectuum. §. 6–8.

II. Morte tutoris vel pupilli; §. 9.

III Pubertate pupilli; §. 10.

IV. Diei vel conditionis existentia; §. 11.

V. Superueniente impedimento tutoris perpetuo. §. 12.

VI. De causis propriis finiendi curam,
  1) Minorum, furiosorum ac prodigorum, §. 13.
  2) Feminarum. §. 14.

LIB. XXVII. TIT. I.

DE

EXCVSATIONIBVS.

Praemissis

I. Notione et indole excusationis tum propriae tum impropriae, §. 1–3.

II. causae

II. cauſae ipſae percenſentur excuſationis
1) voluntariae, ſeu propriae, §. 4–11.
2) neceſſariae ſeu impropriae. §. 12 et 13.
III. Obſeruationes ſubiiciuntur,
1) de renunciatione excuſationis propriae per conuentionem et legati agnitionem; §. 14 et 15.
2) de periculo tutelae ex ſubrepta immunitate; §. 16.
3) de proponenda excuſatione voluntaria, reſpectu
a) temporis, §. 17.
b) modi eam allegandi. §. 18–20.

Lib. XXVII. Tit. II.

DE

VBI PVPILLVS EDVCARI VEL MORARI DEBEAT, ET DE ALIMENTIS EI PRAESTANDIS.

I. Vbi pupillus educari debeat. exponitur. §. 1 et 3.
II. De alimentis ipſi praeſtandis
1) Modus in iis ſeruandus; §. 2.
2) Ius eadem repetendi. §. 4.

Lib. XXVII. Tit. III.

DE

TVTELAE ET RATIONIBVS DISTRAHENDIS ET VTILI CVRATIONIS CAVSA ACTIONE.

Agitur de actionibus, qua ex adminiſtratione tutelae vel curae contra tutorem vel curatorem naſcuntur, ſigillatim

I. De actione tutelae directa.
1) Notio cum obseruationibus, quae indolem actionis in vniuersum declarant. §. 2 et 3.
2) Vis actionis ex indole obligationis, quam persequitur,
cuius
a) singula capita recensentur et explicantur, puta obligatio
α) ad rationes reddendas, in qua spectanda veniunt
a) tempus, §. 4.
b) locus, §. 5.
c) modus reddendarum rationum; §. 6–8.
β) ad restituenda residua; §. 9.
γ) ad resarcienda damna culpa praestanda data; §. 10.
b) correalis qualitas determinatur,
α) generatim, §. 11.
β) speciatim ex beneficiis iuris, quae contutoribus competunt. §. 12–15.
II. De vtili actione tutelae aduersus curatores. §. 16.
III. De actione de rationibus distrahendis.
1) Indoles actionis §. 17 et 18. pr.
2) Obseruationes de concursu eius cum actione furti aliisue, et de duplo, quod persequitur. §. 18 et 19.

Lib. XXVII. Tit. IV.

de

CONTRARIA TVTELAE ET VTILI ACTIONE.

Praemissis

I. Notione et fundamento actionis tutelae contrariae, §. 1.
II. De

II. De his agitur, quae hac actione repetuntur vel exiguntur, figillatim
1) de sumtibus tutelae causa factis, §. 2–4.
2) de his, quae alias tutori propter tutelam abesse censentur. §. 5 et 6.
III. De vtili contraria actione. §. 7.

Lib. XXVII. Tit. V.

DE

EO, QVI PRO TVTORE PROVE CVRATORE NEGOTIA GESSIT.

I. Notio protutoris, et num differat a falso tutore. §. 1. iunct. Tit. 6. §. 1.
II. Obligatio eius erga pupillum et differentiae a vero tutore. §. 2 et 3.
III. Obseruatio ad vsum huius doctrinae hodiernum. §. 4.

Lib. XXVII. Tit. VI.

QVOD FALSO TVTORE AVCTORE GESTVM ESSE DICATVR.

Agitur
I. de vi et effectu negotii in re pupilli a protutore cum tertio gesti, §. 2. *pr.* et §. 4. *in fin.*
II. de iuribus et remediis, quae tertio intuitu eiusmodi negotii competunt, tum
1) contra falsum tutorem, §. 2 et 3.
tum
2) contra pupillum. §. 4.

LIB. XXVII. TIT. VII.

DE

FIDEIVSSORIBVS ET NOMINATORIBVS ET HEREDIBVS TVTORVM ET CVRATORVM,

iunct.

LIB. XXVII. TIT. VIII.

DE

MAGISTRATIBVS CONVENIENDIS.

Agitur de obligatione, qua praeter ipsos tutores et curatores pupillo tenentur,

I. Heredes tutorum et iuratorum; *Tit.* 7. §. 4 et 5.
II. Fideiussores a tutoribus vel curatoribus dati; *Tit.* 7. §. 1.
III. Nominatores et adfirmatores; *Tit.* 7. §. 2 et 3.
IV. Magistratus. *Tit.* 8.

LIB. XXVII. TIT. IX.

DE

REBVS EORVM, QVI SVB TVTELA VEL CVRA SVNT, SINE DECRETO NON ALIENANDIS VEL SVPPONENDIS.

Agitur de alienatione bonorum minoris tutori et curatori interdicta, et de nullitate factae ab iis alienationis; cuius rei

I. regula iuris nostri exponitur.

Vbi

Vbi

1) prohibitio ipſa traditur, §. 1.

2) limitatio ſubiicitur, quae alienationem iuſtam facit.

Eſt ea, ſi alienatio facta ſit

a) ex iuſta facti neceſſitate, §. 3. num. 1.

et

b) ſolenniter, hoc eſt, adcedente

α) adcurata cauſae cognitione iudicis competentis, §. 2 – 6.

et

β) interueniente eius decreto de alienando. §. 7.

3) Ius expenditur alienationis

a) rite et legitime factae, §. 8.

b) non iure factae. §. 9.

II. Exceptiones ſubiiciuntur, quae alienationem non ſolenniter factam

1) ex poſt facto, §. 10.

2) ab initio ratam faciunt. §. 11.

Lib. XXVII. Tit. X.

DE

CVRATORIBVS FVRIOSO ET ALIIS EXTRA MINORES DANDIS.

Agitur de curis, quae cum quadam perſonae directione coniunctae ſunt,

I. ex iure Romano.

Vbi, praemiſſis notionibus, §. 1 et 2.

1) de perſonis tractatur, quae huiusmodi curae, ſpeciatim neceſſariae, ſubſunt, §. 3 et 4.

2) de variis eam conſtituendi modis, §. 5. 6. 7. *pr.* ſubiectis

subiectis
3) obseruationibus, quibus declarantur
a) differentiae curae furiosorum a reliquis curae speciebus, §. 7 et 8.
b) administratio et officium curatorum. §. 9.
II. De cura sexus ex iure Germanico. §. 10–12.

Lib. XXVIII. Tit. I.

QVI TESTAMENTA FACERE POSSVNT, ET QVEMADMODVM TESTAMENTA FIANT.

Praemissis notione et obseruatione de his, quae in omni testamento spectanda veniunt, §. 1 et 2.
I. de testatore agitur, in quo Auctor requirit
1) integritatem mentis, §. 3–5.
2) mentis plenam libertatem, §. 6.
3) mentis certitudinem, §. 7–9.
4) legalem aptitudinem. §. 10–12.
II. De modo testamentum condendi
1) ex iure romano antiquo, §. 13.
2) ex iure nouo.
Vnde de forma externa
a) testamenti publici,
α) principi oblati, §. 14.
β) iudici insinuati; §. 15 et 16.
b) priuati solemnis.
Vbi, praemissa
a) obseruatione, §. 17.
b) ipse ritus testandi exponitur in testamento
α) scripto, §. 18–32.
β) nuncupatiuo seruandus. §. 33 et 34.
III. De modo probandi testamentum priuatum. §. 35 et 36.

Lib.

Lib. XXVIII. Tit. II.

de

LIBERIS ET POSTHVMIS HEREDIBVS INSTITVENDIS VEL EXHEREDANDIS.

Praemissa notione heredis institutionis; §. 1.

A) Qui sint heredes necessarii determinatur
- I. generatim, §. 2.
- II. speciatim, respectu
  - 1) descendentium, §. 3–5.
  - 2) adscendentium. §. 6.

B) Ius heredis necessarii summatim traditur. §. 7.

C) De legitima eius exclusione agitur.
Vbi, praemissa
- I. notione exheredationis et praeteritionis, ad §. 8.
- II. modus exclusionis traditur cum iure neglectae legitimae exclusionis,
  - 1) si a parentibus excludantur liberi, sigillatim
    - a) sui,
      - α) ex iure Digestorum et Codicis,
      - β) ex Nou. 115. cap. 3.
        (Subiungitur hoc loco §. 15 et 16.)
    - b) emancipati,
      - α) ex iure Digestorum et Codicis,
      - β) ex Nou. 115. cap. 3.
    - c) reliqui ab intestato successuri.
  - 2) Si parentes a liberis excludantur.

D) Obseruationes subiiciuntur, quibus explicantur et determinantur
- 1) requisita circa modum exclusionis a Boehmero tradita; §. 9 et §. 11–14.
- 2) ipsae causae exclusionis,
  - a) liberorum, §. 17–29.

b) parentum; §. 30.
3) legitima excluſio fratrum ſororumue a legitima. §. 31.

Lib. XXVIII. Tit. III.

de

INIVSTO, RVPTO, IRRITO FACTO TESTAMENTO.

iunct.

Lib. XXVIII. Tit. IV.

de

HIS, QVAE IN TESTAMENTO DELENTVR, INDVCVNTVR ET INSCRIBVNTVR.

Agitur de cauſis quibus teſtamenta infirmantur, ſigillatim

I. de cauſis ipſum actum teſtandi concomitantibus; §. 2.
II. de cauſis ſuperuenientibus, vt ſunt:
1) Adgnatio ſui heredis, §. 3.
2) Mutatio voluntatis a teſtatore facta,
a) ſubſtitutione noui teſtamenti, vbi
α) quatenus teſtamento poſteriori prius tollatur, determinatur, §. 4–7.
β) de libera facultate mutandi teſtamentum agitur; §. 8–10.

b)

b) reuocatione simplici,
α) directe, s. nudis verbis declarata, §. 11.
β) indirecte, per facta mutatam testatoris voluntatem significantia. §. 12 et Tit. 4.
3) Capitis deminutio testatoris, §. 13.
4) Causae, quae testamentum faciunt destitutum. §. 14.

Lib. XXVIII. Tit. V.

DE

HEREDIBVS INSTITVENDIS.

I. De habilitate heredis instituendi.
Vbi
1) recensentur incapaces
a) absolute, §. 2.
b) secundum quid tales. §. 3 et 4.
2) Ius institutionis personae inhabilis; §. 5.
3) Tempus aestimandi habilitatem. §. 6.
II. Axiomata, quibus modus institutionis determinatur, respectu
1) Multitudinis heredum; §. 7 et 8.
Vbi simul de diuisione hereditatis inter plures coheredes. *pr.* §. 8–10.
2) Patrimonii et bonorum; §. 11–13.
3) Declarationis voluntatis in se.
Quae fieri debet
a) libere, §. 14.
b) ex certa scientia et animi sententia; §. 15 et 16.
praetereaque
c) verbis dispositiuis concipienda est; §. 17.
d) non captatorie; §. 18.
nec
e) adiecto tempore certo. §. 19.

Lib. XXVIII. Tit. VI.

DE VVLGARI ET PVPILLARI SVBSTITVTIONE.

Praemiſſis

A) generalibus, ſcilicet

1) notione ſubſtitutionis heredum, §. 1.

2) diuiſione eius in directam et obliquam; §. 2 et 3.

B) ſingulae ſpecies ſubſtitutionis directae exponuntur. Vnde

I) de ſubſtitutione vulgari,

1) Notio et ratio; §. 4.

2) Diuiſio in ſimplicem et reciprocam; §. 6 et 7.

3) Requiſita vt haec ſubſtitutio effectum habeat:

a) vt anterior non ſit heres, §. 5 et 8.

b) vt nec illius heres ad hereditatem admitti poſſit. §. 9.

II. De ſubſtitutione pupillari, cuius

1) Notio et indoles generatim explicantur, §. 10 et 11.

2) Subiecta determinantur,

a) teſtator, §. 12.

b) perſona cui ſubſtituitur; §. 13 – 16.

c) perſonae, quae ſubſtituuntur. §. 20 et 21.

3) Forma,

a) interna, §. 17.

b) externa. §. 18 et 19.

4) Vis et effectus. §. 22 – 24.

III. De ſubſtitutione quaſi pupillari.

1) Notio, §. 25.

2) Differentiae a pupillari ſubſtitutione,

a) in ſubſtituente, §. 26.

b) in ſubſtituto, §. 27.

c) in eo, cui ſubſtituitur. §. 28.

3) Vis eius determinatur. §. 29.
IV. De substitutione militari. §. 30 et 31.

Lib. XXVIII. Tit. VII.

DE

CONDITIONIBVS INSTITVTIONVM.

Praemissis notione et variis diuisionibus conditionum, §. 1. iunct. §. 7.
I. axiomata traduntur, quae indolem conditionis suspensiuae declarant. §. 2–5.
II. Ius et vis conditionis,
1) impossibilis, §. 5 et 6.
2) possibilis suspensiuae,
a) in herede a testatore necessario vel instituendo vel exheredando, ad §. 11 et 12.
b) in extraneo.
Vbi vis et effectus conditionis
α) pendentis exponitur; iunct. §. 13 et 14.
β) existentis; subiect. §. 8 et 15.
γ) deficientis. §. 9 et 10.

Lib. XXVIII. Tit. VIII.

DE

IVRE DELIBERANDI.

I. De beneficio deliberandi.
1) Notio; §. 1.
2) Tempus deliberandi; §. 2.
3) Vsus huius beneficii. §. 3.
II. De beneficio inuentarii.
1) Notio; §. 4.
2) Modus rite conficiendi inuentarium,
a) ex iure Romano, §. 5–7.
b) ex praxi Germaniae. §. 8.

, Effectus et iura
a) rite confecti, §. 9.
b) neglecti inuentarii. §. 10.

Lib. XXIX. Tit. I.

de

TESTAMENTO MILITIS.

Agitur de testamentis minus solennibus, speciatim

I. de testamento militis.
1) Priuilegium ipsum exponitur,
a) circa argumentum, §. 11 et 12.
b) respectu formae externae. §. 5–8.
2) Corollaria, quibus obseruationibus illustrantur
a) fundamentum, §. 1.
b) exercitium horum priuilegiorum. §. 9 et 10.
3) De personis agitur, quae iure militari testari possunt. §. 2–4.
II. De testamento parentum inter liberos.
1) Priuilegium ipsum eiusue causa cum corollariis traditur. §. 13–15.
2) Exercitium eius determinatur,
tum respectu
a) personarum honorandarum, §. 16 et 17.
tum respectu
b) modi testandi
α) in scriptis, §. 18 et 19.
β) nuncupatiue.
3) De eo quod interest inter testamentum et nudam diuisionem bonorum a parentibus factam. §. 20.
III. De testamento tempore pestis condito.
1) Priuilegium eius; §. 21.
2) Obseruationes. §. 22 et 23.

IV.

IV. De testamento ad pias causas. §. 24 et 25.
V. De testamento ruri condito. §. 26 et 27.
VI De testamentis aliis minus recte ad minus solennia relatis. §. 28.

LIB. XXIX. TIT. II.

DE

ADQVIRENDA VEL OMITTENDA HEREDITATE.

I. De adquisitione hereditatis.
A) De modo adquirendi,
1) in herede necessario,
a) seruo, §. 1.
b) suo herede defuncti.
Vbi
α) qui sint sui heredes, et qua ratione hereditatem adquirant, determinatur, §. 2.
β) de beneficio abstinendi agitur. §. 3 – 5.
2) In herede voluntario.
a) Modus, quo hereditatem adquirit, generatim declaratur; §. 6 et 7.
b) Requisita traduntur, quibus determinantur
α) ius adeundi hereditatem, §. 8. §. 10. *pr.* et §. 11.
β) legitimus modus aditionis. §. 9 §. 10 et 12.
B) Effectus adquisitae hereditatis. §. 13.
II. De recusatione hereditatis.
1) Notio. §. 14.
2) Requisita, vt legitime et cum effectu fiat. §. 15 – 17.
3) De effectibus eius, speciatim de iure adcrescendi,

cuius,

cuius, praemissis
a) notione et indole, ad §. 19. 22 et 23. *pr.*
b) vis et effectus in hereditatibus traditur. §. 18. 20 et 21.
III. De transmissione hereditatis
1) adquisitae, §. 25.
2) adquirendae.
Vbi
a) regula exponitur
b) exceptiones explicantur. §. 23. num. 1. §. 24 et 26.

Lib. XXIX. Tit. III.

TESTAMENTA QVEMADMODVM APERIANTVR, INSPICIANTVR ET DESCRIBANTVR.

I. De apertura testamenti eiusue iure in se, §. 1 et 3.
II. De modo, quo fit
1) in testamentis publicis, §. 2.
2) in testamentis priuatis. §. 4 et 5.

Lib. XXIX. Tit. IV.

SI QVIS OMISSA CAVSA TESTAMENTI AB INTESTATO VEL ALIO MODO HEREDITATEM POSSIDEAT.

Praemissis
I. ratione et argumento edicti Praetoris, ad §. 1.
II. ius exponitur, non obstante omissione hereditatis legata persequendi, respectu habito
tum
1) qualitatis omissionis, §. 2.
tum

tum
2) exercitii actionis vtilis ex teſtamento. §. 3 et 4.
III. Vſus edicti poſt Nou. 115. cap. 3 et 4. §. 5.

Lib. XXIX. Tit. V.

de

SCTO SILANIANO ET CLAVDIANO, QVORVM TESTAMENTA NE APERIANTVR.

Expoſitis
I. ſanctionibus iuris Romani,
1) ſi quis occiſo per vim teſtatore tabulas aperiat antequam de ſeruis quaeſtio habita fuerit, §. 1 et 2.
2) ſi quis heres necem defuncti non vindicauerit; §. 3. *pr.*
II. De vſu earundem hodierno diſputatur. §. 3.

Lib. XXIX. Tit. VII.

de

IVRE CODICILLORVM.

I. De codicillis.
Praemiſſis
1) notione, origine, et variis ſpeciebus codicillorum, §. 1. 2. 4. 5.
2) ius codicillorum traditur, ſigillatim
a) ius codicillos condendi; §. 3.
